




382
Exercitat: ad Pam
M
7









PETRI de GREVE,

JCti, & Antecessoris,

AD

ANDECTAS


Disputationes quindecim,

Publicè ventilatæ

Illustri NOVIOMAGENSIUM ACADEMIA

uvenibus vigilantissimis, & Legum cupidissimis,

Quorum nomina sequens pagina repræsentat.



NOVIOMAGI,

Apud NICOLAUM ab HERVELT,

Academiæ Bibliopol. & Typograph.

M. D. C. LXV

PRÆSTANTISSIMIS

ac

FLORENTISSIMIS

PAPINIANEIS,

AUDITORIBUS SVIS,

OACHIMO à ROTSHOECK,

Trajectino ad Mosam.

VILHELMO ROUCKENS,

Noviomagensi.

DIBBETIO HOINGIO,

Arnhemiensi.

ACOBO FOCKINCK,

Daventriensi.

OHANNI HASS,

Tielâ-Gelro. WILH.

WILHELMO CRAEYVANGER,
Arenaco-Gelro.

STEPHANO WILBRENNINCK,
Arenaco-Gelro.

LUDOVICO BRAECKEL,
Lindâ-Gelro.

JOHANNI TOEBAST,
Hernâ-Gelro.

ENGELBERTO ENGELEN, W.
Daventriensi.

THEODORO RUTGERI
Aertensi.

ENGELBERTO ENGELEN, O
Arnhemiensi.

WI

WILHELMO SLONIE,
VVadenoâ-Gelro.

REINERO REINERI,
Noviomago-Gelro.

EVERHARDO HARSCAMP,
Arnhemiensi.

PETRUS de GREVE
Serio affectu.
D. C. Q.

EMENDANDA.

PAg. 9. lin. ult. leg. *Negantium*. p. 18. l. 16. *sugillet*. & l. 25. *Negantium*. p. 22. l. 16. *feriæ*. p. 26. l. 4. hic. *l. 8. Postuland.* l. 9. *§. 3. P. de Pact.* p. 27. l. 14. *Accursium*. & l. 27. *absolvantur* p. 29. l. 2. *eam*. p. 34. l. 10. *transactionem*. p. 51. l. 17. *compromissarii vel stipulatione vel*. p. 54. l. 9. *§. 3.* & l. 18. *dico*. p. 63. l. 5. *§. fin.* p. 80. l. 4. *pignori*.. p. 82. l. 13. *del. non*: & l. 26. 38. p. 8. l. 15. *caput*. & l. 24. *del. §. fin.* p. 114. l. 21. *utrique*. p. 121. l. 4. *l. 80. §. fin.* & l. 14. l. 25. *§. 1.* p. 147. l. 16. *P. h. t.* p. 178. l. 3. *§. 11.* p. 181. l. 2. *de Legat. 2.* p. 190. l. *1. §. 3.* p. 224. l. *5. l. 1.* *§. fin.* & l. p. 237. l. 5. *del. an*.

Arcadius Charisius.

in l. fin. §. Mixta munera 26. P. de Muner. & Honor.

HErennius Modestinus & notando & disputando benè & optima ratione decrevit.



AD PANDECTAS,

DISPVTATIO PRIMA

RESPONDENTE

JOACHIMO à ROTSHOECK,
Trajectino ad Mosam.

Ex Tit. de Justitia et Jure.

Aphorismus I.



IUS describitur in *l. 1. P. h. t.* ars æqui & boni. Divisio igitur juris in æquum & strictum non quadrat; jus strictum est summa malitia, summa injuria, sum-ma crux. Imò placuit in omnibus rebus preci-puam esse justitiæ ęquitatisque quam stricti juris rationem *l. 8. C. de Iudic.* pretor cum iniquè decer-nit jus reddere dicitur. *l. pen. P. h. t.* Non est con-tradictio, ut in ipso disputationis actu data occa-sione pluribus ostendemus. Cœterum in legibus conciliandis absurdissimè distinctio ista juris in strictum & æquum adhibetur, & jure merito à Doctissimo *Viglio* exploditur. Neque approba-mus divisionem æquitatis in scriptam & non scri-tam ac expungendam esse judicamus cum *Ant. Au-*

 gustino

gustino vocem *scriptæ* quam quædam exemplaria affinxerunt *d. l. 8. de Iudic.*

2. Ad jus gentium, imò ad jus naturæ, refertur defensio sui, quod quisque ob tutelam corporis sui fecit jure fecisse existimatur. *l. 3. P. h. t.* defensionem sui ipsius, ratio doctis, necessitas barbaris, mos gentibus & feris ipsa natura præscripsit; modò fiat defensio cum moderatione inculpatæ tutelæ. *l. 1. C. Vnde vi.* non ulciscendi causa. *l. 45. §. 4. D. Ad l. Aquil.* in continenti. *l. 3. §. 9. P. de Vi & vi arm.* nec fugâ certo, qui in periculo vitæ constitutus est, periculum declinare potuerit. *§. 2. Inst. ad l. Aquil.* Non hic requirimus paria arma, *arg. d. l. 3.* nec primum adversarii ictum *l. un. C. Quand. lic. unic. sine jud. l. fin. C. in quib. caus. in int. restit.* Sed qui sui defendendi causa, non occidendi animo hominem á se percussum esse asserit, probare id debet. *l. 1. C. Ad l. Cornel. de sicar.* Ob defendendam quoque pudicitiam hominem occidere licet. *l. 1 §. pen. D. eod. l. 8. §. 2. D. Quod met. caus.* non autem ob solam defensionem bonorum, *arg. d. l. 3* An convicium convicio retorquere licet? Negantium sententiam probant definitiones generales. *l. 13. D. Quod met. caus. l. 13. §. 3. D. de Vsufr. l. 1. §. 2 D. Quod legat. l. 176. D. de R. I. pr. præm. Instit.*

3. Ex jure gentium inter alia obligationes sunt institutæ, exceptis paucis, quæ à jure civili sunt introductæ. *l. 5. D. h. t.* omnes penè contractus

πάντ

ὐντα σχεδὸν, dicit Imp. in §. 2. *Inst. de J. N. G. &c.* Excipio ſtipulationem, & obligationem, quamvis, ſi ex nova lege deſcendat, non emphyteuſ. *l. 1. C. de I. emphyt.* §. 3. *Inſt. de Locat. conduct.* ...que donationem propter nuptias, non obſtante *Nov. 119. c. 1.* Obligatio literarum fuit incognita ...tiquis Ictis. *l. 1. §. 1. D. de O. & A.* fortè quia ...n obligamur literis. *l. 38. D. eod.*

4. Duæ juris civilis ſpecies proponuntur in *l. 6. §. 1. D. h. t.* ἔγγραφον καὶ ἄγραφον, ſcriptum & non ſcriptum. Scriptum perficitur ſolo legislatoris expreſſo conſenſu, ſanctione & promulgatione: ad ſubſtantiam juris ſcripti ſcriptura non pertinet, *arg. l. 4. D. de Pignor.* Neque conſuetudo in ſcripturam redacta conſuetudo eſſe deſinit, uti docent Feudorum conſuetudines. Res judicata, quæ pro veritate accipitur. *l. 207. P. de R. I.* ſpeciebus juris à quibuſdam adnumeratur. Peſſimo judicio.

5. Jus prætorium eſt, quod prætores introduxerunt adjuvandi vel ſupplendi, vel corrigendi juris civilis gratia, propter utilitatem publicam. *l. 7. §. 1. P. h. t.* Verum edicta prætorum per ſe autoritatem juris non obtinuerunt, nec prætor aut alius magiſtratus quà talis juris condendi poteſtatem habuit, non obſtante §. 7. *Inſt. de Iur. natur. gent. & civil.* Idem judicandum eſt de SCtis & Reſponsis Prudentum, *vid. l. 11. D. de Jurisdict.*

6. Quod quiſque populus, ſed liber, ipſe ſibi

jus constituit, id ipsius proprium civitatis est, & vocatur jus civile. *l. 9. P. h. t.* Dux vel præfectu inferior in suo territorio legem non aliter conder potest, quam quatenus Majestatem supremam par ticipat; atque hoc casu ejus Constitutiones, non prætorio, ut quidam volunt, sed civili juri adnu meramus. Civitas quoque aut universitas citr speciale privilegium leges, quæ juri communi præ judicent, constituere nequit. *l. 3. §. 5. P. de Se pulchr. viol.* Solus hodie Imperator tam condito quam interpres legum existimatur. *l. ult. in fin. C de LL.* Ideoque stolidè potestatem legum ferenda rum Bartolus ad gradus meri imperii retulit.

DE ORIGIN. JUR.

7. Ex legibus 12. tabb. compositæ sunt legi actiones. *l. 2. §. 6. P. h. t.* An igitur actionum origo adscribenda est juri civili? Affirmantium sententiam rejicimus, non tam propter *l. 25. P Rer. amot. l. 22. §. 5. P. Mandat. junct. l. 17. §. 1 P. de Pœn.* quam quod ante leges 12. tabb. null natio tam barbara fuerit, quæ non habuerit suo magistratus, atque constituta judicia, contractu ac obligationes, quorum omnium usus nullus fu isset, si nullæ competiissent actiones, & remedi persequendi in judicio quod nobis debetur ve quod nostrum est.

8. Constituti sunt â populo, qui rebus capita libus præessent, hi appellabantur quæstores parri
cic

-idii. *l. 2. §. 23. P. h. t.* judices quæstionis. *l. 1. §. 1 D. Ad l. Cornel. de sicar.* Merum igitur imperium etiam privatis competiisse asserimus, sed quà hi de causis capitalibus cognoscebant, jus dicebant, pronuntiabant, non manebant mere privati; quamvis non protinus efficiatur magistratus, cui â Principe merum imperium exercendum commissum est, *arg. l. 1. D. de Offic. ei. cui mand. est jurisd.*

DE LEGIBUS &c.

9. Legibus coërcentur delicta, quæ sponte vel ignorantia contrahuntur. *l. 1. P. h. t.* Jura & leges constitui oportet de his quæ ἐπὶ τὸ πλεῖστον ut plurimum accidunt. *l. 3. P. eod.* & neque leges, neque constitutiones ita scribi possunt, ut omnes casus, qui quandoq; inciderint, comprehendantur, sufficit ea quę plerumque accidunt contineri; quæ semel aut bis existunt, prætereunt legislatores. *l. 4. l. 6. 10. P. h. t.* Imò etiam leges sunt latæ de casibus rarò contingentibns. *l. 3. P. Si pars hered. pet. §. 22. Inst. de R. D. & A. R. D. l. 12. C. de Legit. hered.* Non malè hæc conveniunt. Dant autem leges & constitutiones futuris formam negotiis, neque ad facta pręterita revocantur. *l. 7. C. h. t.*

10. Quod Principi placuit, habet legis vigorem. *§. 6. Inst. de I. N. G. & C.* potestas hæc tributa ei lege Regia, quâ populus ei (*Principi*) & in eum (*Principem*) omnem suam potestatem contulit.

lit, eâque plane se abdicavit; Exinde tamen nc licet concludere, Principem suis legibus tener quod natura principatus non fert. *add. l. pen. P.* *Recept. qui arb. recep.* Vi ejusdem legis Regiæ Pri ceps solutus est legibus. *l. 31. P. h. t.* Civilibus positivis, veluti, si Princeps, cui legatum sub co ditione relictum est, moriatur, legatùm ad her des transmittitur. *l. 56. P. de Legat. 2.* Donat Principis facta Augustæ subsistit. *l. 26. C. de Don* *int. vir. & ux.* Tenetur verò legibus Divinis, Christianus; Naturę, ut homo; Conventionu quomodo ex contractu suo æquè ac privatus obl gatur; denique Regni fundamentalibus, in qu tempore inaugurationis juravit. Non igitur pot Princeps bona privatorum diripere, aut jus quæ tum auferre. *l. 2. P. de His qui sunt sui vel al. jur.*

11. Inveterata consuetudo pro lege custoditu optima legum interpres consuetudo est, imò leg quoque scriptam priorem abrogat. *l. 32. §.* *l. 37. P. h. t.* Sed consuetudo sit rationabilis, *39. P. eod.* (quod tamen non tam effusè accipie dum est) adsit tacitus consensus legislatoris, temp diuturnum, actuum sive judicialium, sive ext judicialium frequentia. *l. 34. 35. & 38. d. t. l. 1.* *Quæ sit long. consuetud.* Quot autem anni aut act requirantur, unâ regulâ aut certò definiri nequi ideoq; hoc arbitrio judicis dijudicandum relinq mus, *arg. l. 1. §. fin. D. de I. D.*

1

DE CONSTITUT. PRINC.

12. Quodcunque imperator per epiſtolam & ſubſcriptionem ſtatuit, vel edicto præcepit, vel de plano interlocutus eſt, vel cognoſcens decrevit, legem eſſe conſtat. *l. 1. §. 1 D. h. t.* An igitur quia Decreta annumerantur Principum placitis, Princeps fuit Magiſtratus, atque exercuit formalem juriſdictionem? Nequaquam, vid. tamen *l. 26. P. de Probat.*

DE STAT. HOMIN.

13. Homines ſunt aut liberi aut ſervi. *l. 3. D. h. t.* Tertium genus non datur. Statuliberi in rei veritate ſunt ſervi. *l. 12. §. fin. P. Fam erciſc.* quamvis ſperandę libertatis prętogativa plectantur ut liberi. *l. 14. D. de Quæſtion.* Adſcriptitii ſunt homines liberi, nec ſerviunt debitores obærati, ob æs alienum ſervire liberos homines creditoribus jura compelli non patiuntur. *l. 12. C. de O. & A.*

14. Partus naſcitur perfectus menſe ſeptimo. *l. 12. D. h. t.* inchoato, ſeu die 182. *l. 3. §. fin. D. de Su. & legit. hered.* qui naſcuntur poſt menſes decē à patris morte computandos, non ſunt liberi legitimi. *d. l. 3. §. pen.* quemadmodū nec ſunt liberi juſti, qui contra formam humani generis converſo more procreantur. *l. 14. D. h. t.*

DE HIS QUI SUNT SUI VEL ALIEN. JUR.

15. Poteſtas patria eſt propria civium Roma-

norum, nulli sunt alii homines, qui habent talem potestatem patriam qualem cives Romani. *l. 3. D. h. t.* Consistebat hoc jus olim præcipuè in jure vitæ ac necis, in jure vendendi, in jure omnimodæ acquisitionis; Hodie hoc humanitate admodum temperatum, multis modis limitatum. In istam potestatem patriam inviti filii emancipati non rediguntur. *l. fin. P. h. t.* Non igitur filiafam. nupta, quæ quidem non jure scripto. *l. 7 C. de Nupt.* sed moribus & multorum locorum statutis per matrimonium sui juris efficitur, mortuo marito in potestatem patris recidit, *arg. d. l. fin.*

DE ADOPTION. &c.

16. Filiosfam. etiam faciunt adoptiones. *l. 1. P. h. t.* Duobus tamen casibus, judicio Cujacii, adoptio filios facit, si fœmina adoptaverit jussu Principis, & si extraneus â patre filium in adoptionem acceperit, cæteris filiosfam. Primus extat in §. *10. Inst. h. t.* posteriorem cum ipso communi Dd. schola probare conatur ex *l. 10. C. eod.* quæ tamen *l. 10.* si pressius examinetur, filios ab extraneo adoptatos in ejusdem potestatem transire haud obscurè probat, add. §. *14. Inst. de Heredit. quæ ab intestat.* Cæterum non per omnia liberi adoptivi adsimilantur legitimè natis. *l. 76. P. de C. & D. l. 51. §. 1. P. de Legat. 2. pr. Inst. de Excusat. c. un. §,*

ver

. *adoptivus. Si de feud. defunct. controv.* An ple-
s à nobili adoptatus, & ipse nobilis efficitur?
n videtur.

7. Adoptio in specie fit imperio Magistratus.
P. h. t. neque tamen est mixti imperii, sed a-
eum peragitur, apud quem plena legis actio
l. 4. P. & l. 2. C. h. t. Per legis actiones nunc
lliguntur actus jurisdictionis voluntariæ. *l. 2.
& l. seq. P. de Offic. procons. & legat.* Legitima-
gitur sive fiat per oblationem Curiæ, sive per
riptum Principis, sive per subsequens matrimo-
n ineptè dicitur legis actio. Sed posset vocari
sensu legis actio, quatenus lex legitimationem
ratur.

8. Si impubes arrogetur, cavendum est servo
lico. *l. 18. P. h. t.* personæ publicæ, sic habet
p. in *§. 3. Inst. eod.* fortè ideò, quia ex consti-
one *l. 3. C. de Tabular.* ad officium tabularii
admittuntur servi. Cautionem præstabit pa-
; arrogator de filii impuberis arrogati bonis re-
endis proximis ab intestato venientibus here-
us, si impubes moriatur. *d. l. 18.* Cautio pu-
ate finitur, & ab intestato filio adrogato pu-
pater adrogator succedit, à successione impu-
is repellitur. *§. 3. Inst. h. t. §. 2. Inst. de Acquis.
arrog.* Si eundem sine justa causa emancipave-
filio quarta debetur. An omnium bonorum?
n semper. An filio juste exheredato? Affirman-

tium ſententia eſt plauſibilis, ſed contraria textum generalitati. *d.* § *3. l. 8.* § *15. P. de Inoffic. t*... An quarta hæc eſt aucta per *Nov. 18. c. 1.*? Affirmantium partes amplectimur.

DE JURISDICTIONE.

19. Notionis nomen latiſſimum eſt, atque comprehendit cauſas & civiles & criminales. *l. 10. de Offic. præſid.* juriſdictionem, merum imperium, & notionem in ſpecie, judicis pedanei propriam. *l. 99. P. de V. S. l. 5. P. de Re jud.* qui quidem ... cauſis cognovit, judicavit, ſententiam pronunciavit ſine exequendi poteſtate. *l. 15. in pr. P, eod.* ... que judicavit de cauſis quibuscunque; non de ... beralibus, quæ ad judicia extraordinaria referebantur & maximos judices requirebant. *l. 32, §. 7. P. de Recept. arbitr. l. ult. C. Vbi caus. ſtat.* An filius potuit judicare in cauſa patris? Affirm. *l. 77.* & *ſeq. P. de Judic.*

20. Juriſdictionis vocabulum ſumitur pro poteſtate cognoſcendi, judicandi, & judicati exequendi in cauſis civilibus, & competit jure magiſtratus: Eleganter *Cujacius*, optimus teſte *Viglio* definitionum Interpres, *juriſdictio eſt notio, quæ jure magiſtratus competit*, atque mero imperio opponitur *l. 1. P. de Offic. ei. cui mand. eſt jur.* adeoque in uſu juris nullam agnoſcimus juriſdictionem criminalem, An pleniſſima juriſdictione conc...

eti...

iam transfertur merum imperium? Affirmant
od. multi propter *l. 7. §. fin. & l. 8. P. de Offic. pro-
ns & leg.* Ridicule, & ex *d. l. 1.* quam pro se ad-
ucere solent, refutantur.

21. Merum imperium in *l. 3. P. h. t.* definitur
otestas gladii ad animadvertendum in facinoro-
os homines. Descriptio est legitima. An igitur
o. jus hoc in sola executione consistit? Nequa-
uam, potestas enim cognoscendi de criminibus
xcludi non debet. *l. 6. in pr. P. de Offic. procons. &
gat. l. un. C. eod.* 20. An in animal brutum jure
xtenditur? Negantium sententia est vera, *arg. l. 1.
. 2. P. Si quadr. pauper.* 30. An in corpus exanime
ecte animadvertitur? Neg. crimen morte extin-
uitur. *l. 6. P. de Public. judic. l. ult. C. Si re. vel
ccus. mort.*

22. Ad merum quoque imperium pertinet de-
portatio, quę successit in locum interdictionis aquę
& ignis. *l. 2. §. 1. P. eod.* Huc male refertur mul-
tæ dictio. *l. ult. §. 1. D. de Offic. ei. cui mand. est jur.
. un. D. Si quis jus dic. non obtemp.* Disputatur, an
condemnatio ad perpetuos carceres ad merũ im-
perium pertineat? Quæstio jure civili est frustra-
nea, quia mandatis principalibus cautum, ne quis
perpetuis vinculis damnetur. *l. 35. D. de Pœn.* &
carcer non ad puniendos, sed ad continendos ho-
mines habetur. *l. 6. §. 7. D de Injust. rupt. irr.*

23. Merum imperium competit ei, cui id de-
dit

dit ſpecialiter Lex, Sctum, vel Princeps. *d. l. 1.* *pr. & §. 1. D. de Offic. ei cui mand.* An id magiſtra-tus obtinuerunt ſolo exercitio, jure proprieta-penes Principem reſidente? Nequaquam, *arg l.* *§. 7. D. de Offic. præſid.* Obiter, qui univerſas r-gunt provincias, habent jus gladii. *d. §. 7.* atq-præſes provinciæ non habuit jus deportandi. *l. 1.* *3. D. de Legat. 3. l. 6. §. 1. D de Interdict. & rele-* Ita eſt.

24. Merum imperium mandari nequit; niſi i-caſu abſentiæ juſtæ ac neceſſariæ, cum vis facta e-dicitur. *d. l 1. D. de Offic. ei. cui mand.* Quæ tam-exceptio in aliis criminibus publicis non reperitu-An ad caſum iufirmitatis porrigenda eſt? Ne-An jure Pontificio cauſę meri imperii poſſunt d-legari? Neg.

25. Ex *Authent. habita. C. Ne fil. pro patr.* Aca-demię gaudent juriſdictione, & conſequenter m-xto imperio, *arg. l. 3. D. h. t.* An & mero imp-rio? Affirm. Dd. multi. Verum id privilegiu-ex *d. Auth* oſtendi nequit. Fridericus in *d. Auth.* St-dioſos exemit repreſſaliis, eiſq; adſignavit peculi-res judices, quibus conceſſit juriſdictionem, ut, q-Studioſos corā alio judice convenerit, cauſa cada-

26. Merum imperium exercetur, licet null-ſit accuſator privatus. *l. 13. D. de Offic. præſid.* n-adſtringitur loco delicti commiſſi, ſed ubicunq-qui reus criminis eſſe perhibetur, repertus fueri-

in eur-

reum animadvertitur. *l.un. C. Ubi de crimin.* An magistratus loci, in quo delictum perpetratum ..., reum ad se remitti petat, remissio est necessitatis? Affirm. At in contractibus hoc remissionis ...nus est inauditum, & fundamentis juris contra...um, si reus ibi non invenitur, decernitur actori ...issio in bona debitoris latitantis, si bona non ha...at, cessant partes judicis.

...27. Tutoris datio non est jurisdictionis, nec ...ixti imperii, sed ei soli competit cui id jus de...t Lex, Sctum, vel Princeps. *l. 6. §. 2. D. de Tu...*, quare mandari nequit. *l. 8. D. de Tutor. dat. ab* ... Remotio verò tutoris suspecti est jurisdictio...s & mandata jurisdictione transfertur. *l. 1. §. 4. ...de Suspect. tutor.* propter utilitatem pupillorum. ...*4. D. de Offic. ei. cui mand. est jur.*

...28. Non est in privatorum potestate jurisdictio...s novę collatio. *l. 3. C. h. t.* sed veteris proroga...o. *l. 18. D. eod.* veluti de persona ad personam, ...æ est frequentissima; nec distinguo cum *Bartolo* ... aliis, inter jurisdictionem propriam & manda...m; sed rejicimus prorogationem, quam *Dd.* ...mminiscuntur de causa ad causam; sic prætor ...deicommissarius tantum de fideicommissis, non ... prorogatione de causis aliis, judicare potuit, ...ec agnoscimus prorogationem de tempore ad ...mpus, aut de loco ad locum. *l. pen. D. d. Iustit. jur.*

29. Prorogatio tacita inducitur litis contestatione, si inter exordia litis præscriptio fori omissa fuerit. *l. pen. C. de Except.* Neque tamen hec in objectione aliarum exceptionum dilatoriarum primum locum obtinere debet.

30. Cui mandata est jurisdictio, non est magistratus, licet non tantum de causa cognoscat, sententiam pronuntiet, sed & judicatum exequatur; adeoque mixtum imperium, sine quo jurisdictio nulla est, habeat. *l. 1. §. fin. & l. ult. D. de offic. ei cui.* An mandatarius jurisdictionis judicem dare potest? Affirm. *l. 12. §. 1. D. de Iudic.* datio enim judicis fuit jurisdictionis. *l. 3. D. h. t.* quam exercuit mandatarius. *l. 5. & 16. D. h. t.* An legatus proconsulis habuit mandatam jurisdictionem? Affirm. *l. 1. §. 4. D. de Suspect. tut.*

31. Ad mixtum imperium, quod à jurisdictione in specie sic dicta distinctum est, refertur datio possessionis. *l. 3. D. h. t.* Ubi nihil mutandum est judico, quicquid contradicant multi, item manus militaris. *l. pen. D. Ne vis fiat ei qui in poss. &c.* An jubere caveri prætoria stipulatione, restituere in integrum sunt exempla mixti imperii? Nihil minus. An Magistratus municipales habuerunt mixtum imperium? Non omnino, *arg. l. un. in princ. D. si qu. jus dic. non obtemp.* add. tamen. *l. 29. §. D. ad l. Aquil. l. 3. §. 1. D. de Reb. eor. qui sub tut. l. 4. §. 3. D. Damn. infect.* An imperium mixtum manda-

mandari potest? Neg. ut seorsim exerceatur citra jurisdictionem, sed mandata jurisdictione etiam imperium, quod non est merum, videtur transferri. *l. fin. §. 1 D. de Offic. ei. cui mand. est jur.*

32. Jurisdictio ex sententia Dd. vulgari acquiritur præscriptione, instar rei immobilis, cum territorio decem annis inter pręsentes, viginti inter absentes; citra territorium, 30. vel 40. annis. Verum ad merum imperium tempus immemoriale requirunt. Hęc non invenio in jure Romano. Etiam v. g. si privatus pro potestate magistratuve quid gesserit, incidit in crimen lęsæ majestatis. *l. 3. in. D. Ad l. Jul. majest.*

33. Pro defendenda jurisdictione concedi solet actio Confessoria & Negatoria. Stolide. Actiones illę locum obtinent in vindicandis aut negandis sevitutibus rerum ac personarum. *tot. tit. D. Si serv. vind. tot. tit. D. Si usufr. pet.*

34. Extra territorium jus dicenti impune non paretur; Idem est, si supra jurisdictionem suam velit jus dicere, verba sunt *l. fin. D. h. t.* Atqui ex quacunque causa ad pretorem vel alios qui jurisdictioni pręsunt in jus vocatus venire debet. *l. 2. D. Si quis in jus vocat. non ier.* Non est contradictio.

35. Jurisdictio propria finitur morte ejus, qui eam exercet, neque ad heredes transmittitur, nisi jurisdictio sit patrimonialis. Jurisdictio prorogata extinguitur solutâ jurisdictione ejus, cujus pro-

rogata

rogata erat, *arg. l. 6. D. h. t. l. 1. C. eod. junct. l. 1. D. de Iudic.* Iurisdictio mandata solvitur morte mandatarii, & mandantis, antequam res ab eo, cui mandata est jurisdictio, geri cœpit. *d. l. 6.* sed judices â præside dati solent etiam in tempus successorum ejus durare. *l. 49. §. 1. D. de Judic.* Disquiritur, an, ut res à mandatario dicatur geri cœpta requiratur litis contestatio? Neg. & ubi aditus est judex delegatus, ejus jurisdictionem firmari existimamus, *arg. l. 18. D. h. t.* Nec hîc jus Canonicum contrarium est juri civili. *c. 20. Extr. de Offic. jud. deleg.*

QUOD QUISQUE JUR. IN AL. STATUER.

36. Si quis jus iniquum adversus aliquem impetraverit, etiamsi eo usus non sit, coërcetur hoc edicto. *l. 3. h. t.* & si procurator impetraverit, dominus tenetur, si dederit mandatum speciale, vel ratum habuerit. *d. l. 3. §. 1* quæ ratihabitio mandato comparatur. *l fin. C. Ad SC. Macedon.* Idem est. si sit in rem suam procurator datus, *d. §. 1.* qui licet conventionem ex alterius persona sumat, rem suam gerit. *l 9. C. de Procurat.* Sed procurator, qui jus dicenti non obtemperavit, seu, quod extremum in jurisdictione est, non fecit, punitur, non dominus. *l. un. §. 2. Si qu. jus dic. non obtemp.* cum alias si quid fraude vel dolo egerit procurator, hoc noceat domino, atque procuratorem mandati actione ideò convenire teneatur. *l. 10. C. de Procurat.*

DISP

DISPUTATIO SECUNDA

RESPONDENTE

WILHELMO ROUKENS, *Noviomagensi.*

DE IN JUS VOCANDO.

APHORISMUS I.

OMnium actionum instituendarum principium ab ea parte edicti proficiscitur, qua Prætor edicit de in jus vocando. *§. ult. Inst. de pœn. tem. litig.* Sed judicium propriè non inchoatur ab in jus vocatione. *l. 15. D. Rem rat. hab.* ubi in jus vocatio cœpto judicio opponitur. Principium judicii est litis contestatio: Res in judicium deducta non videtur per simplicem postulationem aut actionis editionem, verum quando judex per narrationem negotii causam audire cœpit. *l. un. C. de Lit. contestat.* Explicatius, per narrationem & responsionem. *l. 2. C. de Iurejur. propt. calumn.* vel per narrationem propositam & contradictionem objectam *l. 14. §. 1. C. de Iudic. d. l. un. C. de Lit. contestat.*

2. Magistratus, qui imperium habent, qui coercere aliquem possunt, & jubere in carcerem duci, quamdiu sunt in magistratu, in jus vocari non

oportet.

oportet. *l. 2. de In jus vocand.* magiſtratus minores qui ſunt ſine imperio & poteſtate, in ipſo magiſtratu, ut loquitur Ulp. in *l. 32.* P. *de Injur.* conveniri poſſunt, quò etiam refero Ædiles, *arg. l. 17. §.* . P. *de Excuſat.* An durante adminiſtratione rectè accuſantur, ſi in ipſo officio deliquerunt? Neg. *l. 3. §. fin.* P. *Ad l. Iul. de adult.* ubi quidem magiſtratus reus poſtulatur, ſed differtur ejus accuſatio, . cautione judicio ſiſtendi cauſa promittitur in finem honoris, add. *l. 12. pr.* P. *de Accuſat.* An hoc correctum eſt per *l. 4.* C. *Ad l. Iul. repetund.?* Nequaquam.

3. Filius in jus vocaturus parentes etiamnum hodiè indiget impetratione veniæ, ut diſpiciat prætor, ſitne actio, quæ inſtituitur, famoſa, aut pudorem ſuggilet. *l. 10. §. 12.* P. *de In jus voc.* Et parentum appellatio non reſtringitur ad tritavum, ſed uſq; in infinitum accipitur. *l. 4.* §. *2.* D. *eod.* Nec eſt contraria *l. ult. §. 7.* P. *de Gradib.*

4. Generaliter eas perſonas, quibus reverentia præſtanda eſt, ſine juſſu prætoris in jus vocare non licet. *l. 13.* P. *de In jus voc.* ſed ad ſenes hoc non pertinet, etiamſi ſenectus ſit venerabilis. *l. 5. in pr.* . *de Jur. immunit.* An vaſallus ſine venia dominum feudi in jus vocat impune? Qui negantium ſententiam laudant, abutuntur *c. un. de Milit. vaſall.* . *contum.* Sed haud inelegantèr inde affirmativa colligitur, jung. *c. un. circ. fin. de Form. fidel.*

5.

5. In jus vocatus, si non defendatur & latitet, mittitur adversarius in bonorum possessionem. *l. 7. D. de In jus voc.* quæ missio decernitur in universa bona, etiamsi quis v. c. ex mutuo sibi debitum persequatur. *l. 1. & t. t. D. Quib. ex caus. in poss. eat.* An hoc est mutatum per *Nov. 53. c. 4. §. 1.?* Neg. Cum in jus vocatus judicio sisti promiserit, nec adjecerit pœnam, si status non esset, condictione incerti cum eo agendum est ad id quod interest. *l. fin. D. Si qu. in jus voc. non ier.* qui factum promisit, præcisè ad factum prestandum compelli nequit, si factum non præstetur, id quod interest dari oportet. *l. 72. D. de V. O. §. fin. Inst. eod.* An hodie precisè pœna promittenda est? Asserit Gothofredus propter *Nov. 82. c. 11. §. 1.* Sed agitur ibi de casu plane diverso. Condictione certi petimus certum, etiamsi ex contractu incerto agatur. *l. 9. in pr. D. de R. C.* ubi per contractum incertum Dd. intelligi nolunt contractum innominatum, quod in contractibus incertis id quod interest præstandum sit. *l. 5. §. 1. D. de Præscript. verb.* Quo tamen non obstante de contractu innominato id exaudiri posse sano sensu pro exercitio defendemus vid. *l. 5. C. de Rer. permut.*

NE QV. EVM QVI IN JVS VOC.

6. Edictum, quod contra eos propositum est, qui in jus vocatos vi eripiunt, etiam locum obtinet, si

quis moram fecerit, quo minus vocatus in jus veniret, ut actionis dies exiret, aut res tempore amitteretur *l. 4. in pr. P. Ne qu. eum qui in jus voc.* An igitur post institutam conventionem præscriptio currit, aut causa aliàs temporaria cum persona extinguitur? Neg. *l. 33. P. de O. & A. l. 7. in pr. & §. 5. C. de Præscript. 30. ann.*

QUI SATISD. COG.

7. Cavemus datis fidejussoribus, pignoribus aut nuda repromissione. *l. 3. C. de V. S.* Satisdatio fit datis fidejussoribus. *l. 1. D. Qui satisd. cog.* prætoriæ satisdationes personas desiderant pro se intervenientium. *l. 7. D. de Prætor. stipul.* Cautio prætoria fit datis fidejussoribus & pignoribus. *l. 1. § 9. D. de Collat.*

8. In fidejussorem, qui aliquem sisti judicio promisit, tanti quanti ea res erit, actionem pollicetur prætor. *l. 2. §. ult. & l. seq. P. Qui satisd. cog.* An propter moram debitoris principalis obligatio fidejussoris augetur, ut in usuras teneatur? Neg. nisi in omnem causam sese obligaverit, aut specialiter stipulanti usuras promiserit. *l. 8. P. de Eo quod cert. loc. l. 54. D. Locat.*

9. Si satisdatum non sit pro re mobili, & persona debitoris suspecta, res sequestrabitur. *l. 7. § fin. P. h. t.* sequestratio rei mobilis certis casibus fuit permissa. *l. 16. D. de Offic. præs. l. 5. P. Fam. ercisc.*

l. 21. §. *fin. D. de Appellat. cum simm.* sed sequestratio pecuniæ fuit omnino prohibita ex constit. *l. un. C. de Prohib. sequestr. pec.* quæ tamen postea iterum frequentari cœpit. *l. 20. C. de Agric. & censit. lib. 11.*

10. Arbitro ad probandos fidejussores constituto, si in alterutram partem iniquum arbitrium videatur, perinde ab eo, atque à judicibus appellare licet. *l. 9. D. h. t.* Sed à sententia arbitri compromissarii non datur appellatio, etiamsi sine pœnæ adjectione nudo pacto sit compromissum, aut arbitri laudum contineat iniquitatem notoriam & læsionem enormissimam· *l. 27. §. 2. D. de Recept. qui arb. rec.*

11. Possessores rerum immobilium satisdare non compelluntur. *l. 15. in pr. P. Qui satisd. cog.* Hic creditor, qui pignus accepit, possessor non est. *d. l. 15. §. 2.* aliàs pignoris possessor est naturalis. *l. 13. §. 1. P. de Public. in rem act.* Et si fundus in dotem datus sit, tam uxor quam maritus hic possessores intelliguntur. *d. l. 15. §. 3.* Verum dotis â non domino traditæ civilis possessor regulariter est maritus, qui mediante usucapione verum dominium consequitur. *l. 1. & tot. tit. P. Pro dot.* Dote autem tradita â domino naturale dominium nanciscitur. *§. 40. Inst. de R. D. & A. R. D.*

DE EO PER QVEM FACT. ER.

12. Si plures dolo fecerint, quo minus is qui ca-

verat judicio sisti certo die se sisteret omnes tenentur, sed si unus pœnam præstiterit, cæteri liberantur. *l. 1. §. 4. P. h. t.*

SI QU. CAUTION.

13. Si post dies tres aut plures, quam judicio sisti se reus promisit, secum agendi potestatem fecerit, neque ex mora actoris jus rei deterius factum sit, per exceptionem defendi debet. *l. 8 P. h. t.* An ergo cum dies & pœna est in obligatione, post diem oblatione reali mora purgatur, & pœna evitatur? Neg. *l. 23. P. de O. & A.*

DE FERIIS.

14. Sententia diebus feriatis lata ex consensu litigatorum sustinetur. *l. 1. §. 1. & l. 6. P. h. t.* quando feriæ sunt constitutæ in favorem hominum, quæ enim feriæ sunt destinatæ Dei cultui, iis renuntiari non potest. *l. 7. C. eod.*

DE EDENDO.

15. Non ut actor reo, sic reus actori instrumenta ad fundandam intentionem ejus edere compellitur. *l. 4. & ult. C. de Edend.* Disputatur, an non saltem reo necessitas imponatur, ut actori ad juvandam replicationem instrumenta exhibeat? Neg. *arg. d. l. 4. & ult. in fin.*

16. Editâ actione si fuerit erratum, An libe

lus corrigi possit, contentio est gravissima? Vulgus *Dd.* distinguit inter emendationem & mutationem, ut emendare, h. e. mendum & errorem salva libelli substantia (ut loquuntur) usque ad sententiam tollere liceat, non etiam mutare, h. e. actione veteri relicta novam substituere: Sententia est manifestè contraria *l. 4. §. ult. D. de Noxal. act.* ubi in locum actionis directò contra dominum institutę etiam post litem contestatam noxalis surrogatur. Add. *§. 35. Inst. de Action. l. 12. §. 1. D. de A. P. l. 18. §. fin. P. de Vi & vi arm.* An si actio alia substituatur judicium manet idem? Non omninò.

17. In actionibus personalibus genus actionis exprimendum est, non item si agatur rei vindicatione, quia dominium non nisi ex una causa contingere potest. *l. 14. §. 2. P. de Except. rei judic. l. 3. §. 4. P. de A. P.*

DE PACTIS.

18. Pactio vel pactum est duorum pluriumve in idem placitum consensus. *l. 1. §. 2. P. h. t. l. 3. P. de Pollicitat.* sub pacto igitur, seu pactione, licet multi dissentiant, in usu juris contractus & nominati & innominati comprehenduntur. *l. 7. §. 7. P. h. t. l. 8. & 15. D. de Præscript verb. l. 6. C. de J. D. l. 61. P. pro soc. §. fin Inst. de Servit.* Contractus nomen quoque generale est, atque omnem obligationem complectitur. *l. 20. P. de Iudic.* 19.

19. Qui cautionem (quâ principalis obligatio continetur. *l. 44. §. 5. D. de Legat. 1.*) debitori suo reddidit, tacitè convenisse intelligitur, ne petat, & profutura est debitori exceptio pacti conventi de non petendo. *l. 2. §. 1. D. h. t.* & consequenter pignus, si quod acceperit creditor, remisisse intelligitur. *l. 7. C. de Remiss. pign.* Sed pignoris redditio non præbet argumentum solutæ aut remissæ sortis. *l. 3. D. h. t.* An reddito pignore videtur quoque remissa pignoris obligatio? Affirm. *arg. l. 1. §. 1. D. de Liber. legat.* An si ex pluribus ejusdem tenoris chirographis unum reddiderit creditor, procedet decisio. *d. l. 2. §. 1. D. h. t.*? Affirm.

20. Illata in prædium rusticum citra expressam conventionem non sunt pignori obligata, at illata in prędium urbanum sunt pignori obligata, etiamsi nihil nominatim convenerit. *l. 4. D. h. t. l. 4. D. In quib. caus. pign. tac. contr.* Neque contrarium invenio in libris Professorum, Studiosorum in habitationem illatis. Bona quoque minorum in urbanam habitationem illata nuspiam excipiuntur, sub regula igitur manent. *d. l. 4.* non enim hæc hypotheca est conventionalis, vid. *l. 3. §. 1. D. de Reb. cor. qui sub tutel.*

21. Pactum vel est in rem, quando generaliter paciscor ne petam, vel in personam, quoties ne à Titio petam. Pactum in rem prodest quoque heredibus

-edibus & fidejussoribus. *l. 21. §. fin. D. h. t. l. 9.* .. *de Probat.* Pactum verò in personam concep-tum ejus cui factum est personam non egreditur, nec prodest heredibus, nec fidejussoribus *d. l. 21. pr. & l. seq. D. h. t.* Hodie quoque pactum, li-cet sit personale, fidejussoribus proficiet, *arg. Nov.* .*c. 1.* Hęc verba, *Profiteor te non teneri*, pactum rea-le inducunt. *l 40. in pr. D. h. t.*

22. Publica conventio est, quoties Duces belli inter se paciscuntur. *l. 5. §. 1. P. eod.* & Princeps e.g. emendo aut vendendo ut privatus obligatur. An fides hosti data servanda est? Affirm. *arg. l. 1. D. h. t. junct. l ult P. de Legation.* Eadem est ratio prædonum & piratarum, cum quibus quoq; com-munionem juris gentium habemus. *l. 31. P. Deposit.*

23. Furiosi, prodigi, ex conventionibus suis ne quidem naturaliter obligantur. *l. 1. §. 12 P. de O. & A. junct. l. 6. D. de V. O.* Impuberes, qui fari possunt, obligantur naturaliter, sive sint facti lo-cupletiores sive non *l. 25. §. 1. D. Quand. di. leg.* *l. 127. D. de V. O.* Puberes etiam sine consensu cu-ratorum, quos habent, obligantur civiliter. *l. 101. eod.* si tamen destituantur curatoribus obligatio est efficacior, & contra venditionem, quam secu-ta est alienatio, implorant in integrum restitutio-nem. *l. 3. C. de Int. rest min.*

24. Quod pactum remotum est à jure commu-ni, contra regulas juris, contra jus solemne, præ-

torium, publicum, bonos mores, non valet, nec juramento confirmatur. *l. 7. §. 7. 14. & 16. P. h. t*
Unde improbatur pactum, quo convenit inter clientem & causidicum, seu Advocatum, ut hoc nomine salarii certam portionem ejus pecuniæ, quæ adjudicata fuerit, vel majorem aliquam in eventum litis accipiat *l. 53. D. h. t. l. 5. C. de Postulat*
Pactum item ne dolus in contractibus præstetur servandum non est, *arg. l. 27. §. 4. D. eod. l. 23 D. de R. J.*

25. Nullius momenti etiam est pactum, quod fit super hereditate hominis viventis acquirenda *l. ult. C. h. t. l. 4. C. de Inutil. stipul.* & stipulatio pœnalis ita concepta, *si heredem me non feceris* centum dare spondes, inutilis & contra bonos mores est. *l. 61. D. de V. O.* quod Interpp. pactum de succedendo affirmativum vocare solent: Eadem est ratio pacti negativi de non succedendo. *l. ult. D. de Su. & legit. her.* Filia igitur si dote accepta renuntiet paternæ hereditati, eaque ante patrem moriatur, non nocet hæc renuntiatio, etiamsi jurata, nepotibus, quo minus ad successionem avi perveniant. An valent conventiones fortè inter conjuges in dotalibus instrumentis factæ de mutua successione? Non videtur. *l. 19. C. h. t.* ut speciale privilegium militibus indultum non debet trahi ad consequentias.

26. Pactum de non alienando non impedit alienationem

alienationem, & dominii translationem. *l. pen. D. h. junct. l. 21, C. Mandat.*
27. Quæ pacta fiunt de beneficiis, privilegiis nobis competentibus, sustinentur; quilibet potest favori pro se introducto renuntiare. *l. pen. C. h. t.* Et de contra edictum Ædilium pacisci omnimodo licet, sive in ipso negotio venditionis gerendo convenisset, sive postea. *l. 31. D. eod.* Mulier quoque de jure suo edocta licitè renuntiat beneficio SCti Vellejani, sive id fiat in judicio, sive extra judicium, *l. ult. §. pen. D. Ad SC. Vell* Imò mulier quæ intercessit instrumento publicè non confecto ipso jure non est obligata, nec desiderat exceptionem SCti Vellejani, *l. 23. C. Ad SC. Vell.* Eadem ratio est, si pro marito intercesserit, *Auth. si quæ mulier. C. eod.* desumpta *ex Nov. 135. c. 8.* Quę vero pacta aut renuntiationes fiunt contra leges prohibentes, aut precipientes sunt nullę, ut nec jurejurando confirmari possint. *l. 5. C. de Ll.* unde pactum, licet juratum, ut heres succedat in societatem, non valet. *l. 36. D. Pro soc.*
28. Contractus nominati distinguuntur ab innominatis, causa *l. 7. §. 2. D. h. t.* ubi per causã nõ malè post Accursum Cujacius intelligit dationẽ vel factum, etiamsi quatuor istis articulis, qui enumerantur in *l. 5. in fin. pr. D. de Præscript. verb.* omnes contractus innominati non absolvantur. In contractibus nominatis causam hanc inveniri negamus.
Quod

Quod si conventio nec nomen proprium nec cau-
sam habeat, est nuda, seu pactum nudum. *d. l.*
§. *4. l. 15. D. de Præscript. verb.* quod producit ob-
ligationem naturalem. *l. 5. §. 2. D. de Solut.* atq;
impedit indebiti condictionem. *l. 10. D. de O. &*
in compensationem venit. *l. 6. D. de Compens.*
nisi ut loquuntur Dd. multi, hoc debitum natu-
rale exceptione perpetua possit perimi. Excepti
est stolida; quæ jure non petuntur, iis exceptio o-
jici nequit, sed pactum nudum parit exceptionem
si, v. g. debitor interveniente pactione liberat
ex priori contractu conveniatur. *d. l. 7. §. 4. D. h.*

29. Nuda pactio non parit obligationem seu
ctionem efficacem. *d. l. 7. §. 4.* nisi vel sit confir-
mata Lege, vel SCto, vel constitutione Princip
l. 6. P. h. t. vel nisi in continenti adjiciatur contr-
ctibus bonæ fidei *d. l. 7. §. 5.* An pacta ex conti-
nenti adjecta stricti juris contractibus insunt? Ne
arg. l. 99. P. de V. O. neque insunt pacta ex inte-
vallo apposita contractibus bonę fidei; sed disti-
ctio adhibeatur inter pacta adjicientia & detrahe-
tia, ex *d. l. 7. §. 6. junct. l. 72. P. de Contrah. empt*

30. Quæ ita in ingressu contractibus bonę fid
subijciuntur, sunt pars contractus, contractum
reformant & quasi renovant, ipsam actionem fo-
mant. *d. l. 7. §. 5. & 6.* Disquiritur, num horu
pactorum nomine detur actio ipsius contractu
an sit agendum actione præscriptis verbis? Pri
affirr

firm. *l. 71. D. Pro soc. l. 4. D. de L. commissor.* ad
uam confugimus, quoties contractus existunt,
orum appellationes nullo jure civili sunt prodi-
, ubi deficiunt vulgaria & usitata actionum no-
ina. *l. 2. & 3. D. de Præscript. verb.*

31. Pactio obscura vel ambigua venditori, &
ui locavit, nocet, in quorum potestate fuit legem
ertius conscribere. *l. 39. D. h. t.* quomodo
secundum promissorem interpretamur in sti-
lationibus, quia stipulatori liberum fuit ver-
latè concipere, ut dicit Celsus in *l. 69. D. de V. O.*
uod quoq; de emptore & conductore explican-
um est, si & ipsi legem dixerint obscuram, nec
pareat, quid inter contrahentes actum sit. *l. 34.*
Contrah. empt.

32. Pacto liberatorio nuda naturalis obligatio
llitur ipso jure. *l. 95. §. 4. D. de Solut.* Nuda
m contraria conventione obligationes quæ con-
nsu contractæ sunt, ipso jure re integra dissolvun-
. *l. 1. & 2. C. Quand. lic. ab empt. disced.* Eodem
am modo tollitur obligatio hypothecæ nudâ
nventione contractæ. *l. 1. D. de Pign. act. l. 4. D.*
Pign. Aliud dicendum est de pignore tradito,
od pacto liberatorio non tollitur ipso jure, sed
r exceptionem, *arg. l. 58. D. h. t.*

DE TRANSACTIONIBUS.

33. Transactio fit vel per Pactum nudum, vel
r Contractum innominatum do ut facias, vel fa-

cio

cio ut des. *l. 2. D. h. t. l. 6. & 19. C. eod.* Miserè decipiuntur, qui transactionem simpliciter dicunt esse contractum, contractum innominatum aut pactum nudum, quia aliquando intervenit nuda pactio, interdum stipulatio, quandoque transactio aliquo dato procedit. *d. l. 2. l. 15. D. & l. 19 28. 38. C. h. t.*

34. Transigere potest procurator, si sit datus in rem suam, aut speciale mandatum habeat, mandatum simplex generale non sufficit. *l. 60. D. de Procurat.* nisi ei commissa sit libera bonorum administratio. *l. 58. D. eod. l. 9. §. 4. D. de A R. D.*

35. Pater de rebus filiorum quos in potestate non habet, transigens, minimè eis obest, *l. 10. D. h. t.* quia filius emancipatus extranei loco habetur *§. 3. Inst. de Hered. qual.* de cujus bonis transigere non licet. *l. 3. D. h. t.* neque patri de bonis filiifam. adventitiis transigendo alienatio conceditur, nisi consensum filii adhibeat. *arg. l. ult, §. 3. C. de Bo. quæ lib.* Tutores quoque & curatores, sine decreto patrimonium pupillorum ac minorum transigendo diminuere prohibentur. *l. 46. §. fin. D. de Admin. tut.* Eadem est ratio administratorum civitatis. *l. 12. C. h. t.* non obstante *l. 5. C. de Usur.* An vasallus potestatem transigendi habet? Affirm. *un. de Controv. int. vasall. & dom. c. un, §. 5. ve. si vasallus de beneficio. Si de feud. defunct. controv.*

36. Transactio celebratur de re dubia & lite incerta

ncerta. *l. 1. D. h. t.* neque tamen necesse est, litem
motam esse, sed sufficit litem moveri posse. *l. 2. C.*
od. Super re judicata igitur, aut causa decisa ju-
ejurando necessario vel voluntario frustra transi-
gitur. *l. 32. C. h. t. l. 23. §. 1. D. de Condict. indeb.*
n transactio super matrimonio inita sustinetur?
ffirm. si agatur de matrimonio conservando, ut
xor maneat uxor. *arg. l. 71. §. 1. D. de C. & D.*
37. De controversiis, quæ ex testamento profi-
scuntur, neq; transigi, neq; exquiri aliter veritas
otest, quam inspectis cognitisq, verbis testamenti.
6. D. h. t. l. 1. §. 1. D. Testament. quemadm. aper.
eque renuntiatio inspectionis transactionem effi-
et validam, etiamsi jusjurandum accedat. *arg. l.*
C. de Ll.
38. De alimentis præteritis testamento relictis
ansigere licet. *l. 7. C. h. t.* de futuris non aliter,
uam si Prætor de causa transactionis cognoscat,
amque authoritatem accommodet. *l. 8. in pr. D.*
d. quæ cognitio est specialis concessionis, non
risdictionis ordinariæ, ideoque alteri demandari
equit. *d. l. 8. §. 18.* An alimenta testamento reli-
a ex liberalitate donationis causa remitti possunt?
uidni?
39. De criminibus capitalibus tam accusatori
uam reo, & ante & post institutam accusationem,
iam non impetrata abolitione transigere, exce-
o adulterio, prohibitum non est. *l. 18. C. h. t.*
Non

Non excipio crimen lęſæ majeſtatis , parricidii au
raptus. Sed tranſactio illa non præjudicat magi-
ſtratui , aut aliis, quo minus illi in crimen inquire-
re , hi de novo eundem reum criminis perager
poſſint. *arg. l. pen. D. de Re judic. l. 5. §. ult. D*
de Vi publ.

40. De aliis publicis criminibus , quæ pœnam
ſanguinis non ingerunt , tranſigere non licet, citr
falſi accuſationem. *d. l. 18.* h. e. qui tranſegit ac
cuſator de crimine non capitali incidit in accuſa
tionem & in publicum crimen falſi , *arg l. 1. §. 2*
& l. 21. D Ad l. Cornel. de fals. Huc etiam refer
crimina, falſi , fuſtigationis , flagellationis, muti
lationis vel abſciſſionis membri pœnam irrogan
tia. De delictis privatis, veluti furto, rapina & in
juriis , tranſigens notatur infamia, at de iiſdem de
lictis gratis paciſci licet. *l. 4. §. fin. l. 5. 6. §. 3.*
de His qui not. infam.

41. Tranſactio eſt ſtrictè accipienda ; hinc cel-
brata ſuper fideicommiſſo teſtamento relicto no
extenditur ad fideicommiſſum codicillis relictum,
prolatis codicillis petitio fideicommiſſi integ
manet. *l. 3. §. 1. l. 12. D. h. t.* ita qui transegit
alimentis, de cibariis duntaxat tranſegiſſe dicitu
non veſtiario, aut habitatione. *l. 8. §. 12. D. eod.*

42. Tranſactio diſſolvitur mutuo tranſigentiu
conſenſu contrario. *l. 14. C. h t.* non pœniten
alterutrius. *l. 39. C. eod.* Neque lites tranſactio-
b

us legitimis finitas imperiali rescripto resuscitari oportet. *l. 16. C. h, t.* sed si dolus causam dederit ansactioni, rescinditur per exceptionem doli ma-. *l. 4. & 19. C. h. t.* An propter læsionem enormem vel enormissimam datur locus remedio *l. 2. . de Rescind. vend.?* Affirm. multi, Sed negantim sententia est verior, *arg. l. 78. §. fin. D. Ad SC. rebell.*

43. Non minorem vim habet transactio quam es judicata *l. 20. C. h, t.* Unde uti res judicatæ sub pecie instrumentorum novorum postea repertoum non restaurantur. *l. 4. C de Re judic.* ita nec egulariter causa transactione sopita retractatur sub rætextu instrumentorum post repertorum. *l. 19. . h. t.* ne alioqui nullus sit litium finis. *l. 10. C. . t.* Atque ideo tres istæ exceptiones, transactionis, ei judicatæ, & jurisjurandi vocari solent exceptines litis finitæ. *c. 1. & 2. X. de Lit. contest.* ed discrimen in eo est, ratione effectus, quod ex idicato oriatur actio judicati. *l. 8. C. de R. C.* non tiam ex transactionis placito. *l. 38. C. h. t.* nisi cōrmetur datione vel litis remissione, quo casu daır utilis actio, quæ præscriptis verbis rem prout esta est demonstrat, vel si conventioni stipulatio ıbdita sit, competit actio ex stipulatu. *l. 6. C. h. t.*

44. Si stipulatio pœnalis subjecta sit transactioi, exigi potest pœna in stipulatum deducta, eâ ommissâ. *l. 15. D. & l. 37. C. h. t,* sed stipulator

ſimul pœnam petere & commodo tranſactionis frui nequit. *l. 10. §. 1. D. de pact. l. 20. C. h. t.* niſi in tranſactione ineunda convenerit, ut rato manente pacto pœnam exigere liceat. *l. 16. D. h. t.* Ex *d. l. 10. §. 1.* apparet manifeſtè, errare eos graviſſimè, qui propter adjectam ſtipulationem pœnalem obligationem principalem tolli & novari contendunt, & ſtolidè contrarium docere conantur ex *l. 44. §. fin. D. de O. & A.*

45. Qui contra tanſactionem juratam venit, notatur infamia, actionem quam habuit, amittit, pœnam promiſſam perdit, & commodum, quod ex tranſactione cepit, reſtituere debet. *l. 41. C. h. t.* Quæ *l.* cum ſpecialiter de majoribus annis 25. loquatur, ad minores porrigenda non eſt, neque quod ad pœnam, ad tranſigentiũ heredes pertinet, ſed mulieres quoq; comprehenduntur. *arg. l. 1. P de V. S.* Eandem quoque diſpoſitionem in aliis contractibus obtinere propugnabimus, Ex *all. l. 41* concludimus, perjurium etiam vindicari legibus humanis, neque ullum fundamentum ibi videmus, quo probent Dd. ex jurejurando promiſſorio naſci actionem.

DIS

DISPVTATIO TERTIA.

RESPONDENTE

DIBBETIO HOINGIO, *Arnhemiensi,*

DE POSTVLANDO.

APHORISMUS I.

MInor annis 25. qui annum septimum decimum complevit & octavum decimum inchoavit, postulandi munere fungi potest. *l.* §. *3.* P. *h.t.* ubi non necessario pro *excusavit* cum ujacio legendum *excuriavit,* quomodo aliquan- o excusari dicuntur à tutela, qui ne quidem volen- s admittuntur. *l. un.* C. *Qui morb.* §. *pen. Inst. de ccusat. tut.* Eadem ætate minor annis 25. ad lites rocurator est legitimus. *l. 13.* P. *de Manumiss. vind. 5. in fin. Inst. Quib ex caus. manumitt. non lic.* Dis- ntiunt multi, quorum sententiam laudat jus Pon- ficium *in c. 5. circ. fin. de Procurat. in 6.* In defen- ore exiguntur 25. anni. *l. 51.* P. *de Procurat.* Ad empublicam administrandam ante vicesimum uintum annum, vel ad munera quæ non patrimo- ii sunt vel honores admitti minores non oportet, erba sunt. *l. 8.* P. *de Muner.*

2, Cœcus, utriſque luminibus orbatus, â mu
nere poſtulandi repellitur, neque ad munus ma
giſtratus admittitur. *l, 1. §. 5. D. de Poſtul.* An a
initio munus judicandi adminiſtrare poteſt? A
firm. *l. 6. P. de Judic.* neque hoc correctum eſt p
l. 1. & 2. C. de Sentent. ex brevicul. recit.

3. Poſtulare prohibentur infames. *d. l. 1. §.*
D. de Poſtul. â munere quoque procuratorio ant
quitus removebantur. *Paul. 1. Recept. ſentent. tit.*
An hoc mutatur per *§. fin. Inſt. de Except.*? Ait. D
vulgus: Contra ſcopum Imper. An Advoca
tum honeſtum in bona cauſa cavillationibus & fa
laciis uti decet? Negantium ſententia eſt legitim

4. Sententiâ Magiſtratus poſtulare prohibe
tur, qui ob maleficium foro aut Advocatorum o
dine ſunt moti, idque vel indefinitè & ſimplicite
vel ad tempus. *l. 6. §. 1. P. h. t.* qui tamen tem
pore tranſacto ſeu completo recipiunt jus poſt
landi, ne pœna tempore determinata contra ſe
tentiæ fidem ulterius porrigatur. *l. 8. P. eod.* S
pœna gravior ultra legem impoſita exiſtimati
nem conſervat, levior non conſervat. *l. 13. §. ult.*
de His qui not. infam.

DE HIS QUI NOT, INFAM.

5. Non infamat ceſſio bonorum. *l. 11. C.*
quibus caus. infam. irrog. neque carcer aut vincu
ſola. *l. 1. C. eod.* neque ictus fuſtium. *l. 22. P.*
His qui not. infam. An crimen ſtellionatus infam-

a

a irrogat damnato? Affirm, *d. l. 13. §. ult.* An tigator accusatoris infamis est? Neg. *l. 20. D, t.* Unde Dd. plerique infamiam facti perperam incere conantur.

6. Notantur infamia qui improbum fœnus exercent, & usuras usurarum illicitè exigunt. *l. 20. Ex quib. caus. infam. irr.* qui à jurata transactio- recedunt, *l. 41 C. de Transact.* qui bina sponsia aut binas nuptias eodem tempore contrahunt. *l. P. de His qui not. infam.* quæ intra annum luctus bit. *d. l. 1. 8. & seqq. ej. tit.* quod non est contrarium dicto Apostoli *1. ad Corinth. 7. vers. ult.* Ju- Canonico mulieri citra metum infamiæ nuptiæ cundæ post obitum mariti statim sunt concessæ. *pen. & fin. x. de Secund. nupt.*

DE PROCVRATOR,

7. Procurator vel habet simplex mandatum generale, cui potestas alienandi denegatur, *l. 60, 63. de Procurat.* vel ei libera administratio universorum bonorum est concessa, & alienare bona domini non prohibetur, *l. 58. P. eod. l. 9. §. 4. P. de R. D.*

8. Procuratoris munus suscipere nequit miles, iamsi pars adversa consentiat. *l. 8. §. 2. P. & l. 7. h. t.* nisi, non opposita præscriptione militiæ, mi- s admissus, atque cum eo lis contestata sit. *l. 13. eod.* Eadem ferè est ratio mulierum. *l. 18. C.*

eod. nisi parentes morbo aut ætate impediantur nec quemquam qui agat, habeant. *l. 41. P. d. t* Disputatur 1°. an mulier, quo casu pro parentibu admittitur, juvetur SCto Vellejano? Affirm. *arg Auth. matri. C. Quand. mul. tut. offic.* 2°. An fæmina filium quoque in judicio defendere possit Neg. *arg. d. l. 41. junct. l. 18. C. h. t.*

9. Admittuntur procuratores in causis quibusvis pecuniariis. *l. 26. C. de Procurat.* etiam famosis. *l. 6. §. 2. P. de His qui not. infam. l. 4. C. de Furt* Verum ad crimen judicii publici persequendun frustra intervenit procurator, multoque magis a defendendum. *l. pen. §. 1. P. de Public. judic.* In causa populari qui convenitur, procuratorem dare potest, is autem qui eam movet, dare prohibetur. *l 5. P. de Popular. act.*

10. In procuratore judiciali constituendo mandatum expressum desideratur, taciturnitas non sufficit. *l. 8. §. 1. D. de procurat.* Et ubi ita mandatum sufficienter probatum est, non est necesse instrumento procuratorio subjici clausulam de rati habitione, neque hæc mandatum ampliat, ne mandatum simplex in mandatum cum libera transformat. *arg. l. 6. D. de Cond. indeb. junct. l. 3. C. d Fidejuss.*

11. Sine mandato admittuntur conjunctæ personæ, modo ne constet de voluntate contraria eorum pro quibus experiuntur. *l. 40. §. fin. P. de Procurat.*

-rat. An hîc amicus habendus eſt pro conjuncta -rſona? Non videtur. An maritus? Nihil mi-s, præſertim, quod ad bona dotalia, quorum vi -aditionis dominium conſequitur juris-gentium. -40. *Inſt. de R. D. & A. R. D.*

12. Cautio de ratihabitione tunc exigitur, quan- incertum eſt, an procuratori negotium manda-m ſit. *l. 1. C. de Procurat.* Et hæc ratihabitionis -ceſſitas exigenda eſt ante litem conteſtatam. *d. l.* -*. §. 3. P. eod.* qui autem non exacta cautione li-m conteſtatur, remiſiſſe eam intelligitur. *l. 50.* -*1. d. t.*

13. Si ſit litigatum cum falſo procuratore, nec -ici ſolent controverſiæ, nec judicium eſſe poteſt. -*24. C. de Procurat.* An quæ geſſit falſus procu-ator & obtinuit, dominus in ſui commodum & -ivorem rata habere poteſt? Neg. *arg. d. l. 24.*

14. Procuratoris negligentia, aut dolus in pro-eſſu admiſſus nocet domino. *l. 10. C. de Procurat.* -n, ſi procurator non ſit ſolvendo, dominus in in-egrum reſtituetur? Neg. *arg. d. l. 10.* An procu-ator tenetur de diligentia etiam exactiſſima? Af-irm. *l. 13. C. Mandat.*

15. Ex procuratoris conventionibus citra ceſ-ionem domino & mandanti non acquiritur actio, -ed poſſeſſio per procuratorem ignoranti quęritur. -*49. §. fin. P. de A. P.* An procurator venditoris -i domino mortuo ignorans eum mortuum eſſe

emptorem in vacuam possessionem induxit, possessionem transfert? Affirm. *l. 33. P. eod.*

16. Invitus nemo procurationem suscipere cogitur, nec eandem ultra nisi provocationis causa extendere. *l. 17. C. de Procurat.* An procurator victus ad nihil ulterius tenetur, quam ut appellet, an & appellationem interpositam prosequi debet? Affirm. *l. 2. D. An per al. caus. appell.* An si procurator vicerit, & victus appellaverit, judicium illud suscipere cogitur? Affirm *arg. l. 46. §. 3. P. h. t.*

17. Salarium procuratoribus promissum non petitur actione mandati. *l. 7. P. Mandat.* neque eventum litis majoris pecuniæ prœmio redimere debent. *l. 20. C. eod. l. 15. C. de Procurat.* Imò si Advocati sub nomine honorariorum ex ipsis negotiis, quæ tuenda susceperunt, emolumenta sibi certæ partis poscere tentaverint, ab hac professione penitus arcebuntur. *l. 5. C. de Postuland.*

18. Quod procurator ex procurationis munere acquisivit, id non adscribitur peculio quasi castrensi, sed adventitio, ac proinde patri ususfructus competit. *arg. §. 1. Inst. Per qu. pers. nob. acq.*

QUOD CUI. UNIVERSIT. NOM.

19. Quæ sunt universitatis non sunt singulorum *§. 6. Inst. de R. D. & A R. D.* si quid debetur universitati, non debetur singulis, nec quod debet universitas debent singuli. *l. 7. §. 1. P. h. t.* Nec igitur

municeps

…niceps ob debitum civitatis arreſti vinculo de-
…ri poteſt; neque ejuſdem teſtimonium in cauſa
…verſitatis rejicitur. An univerſitas ex delicto
ob…gatur? Affirm. *l. 9. §. 1. P. Quod met. caus.* o-
…, dicit Ulpian. in *l. 15. §. 2. P. Quod vi aut clam.*
…d â pluribus communi conſilio pro indiviſo,
…um eſt, ſingulos obligat. Si tamen crimen ca-
…le commiſſum ſit, tutius erit eo caſu animad-
…i in duces, anteſignanos, factionis capita &
…tionis auctores.

De Negot. gest.

…o. Si quis abſentis ignorantis negotia geſſerit
…ter, habet eo nomine actionẽ negotiorum ge-
…um. *l. 2. P. h. t.* utique ſi mandato præcedenti
…s non ſint præſcripti, qui diligenter ſunt cuſto-
…di, & qui exceſſit aliud quid facere videtur,
…e quidem actionem negotiorum geſtorum uti-
…pro eo, quod egreſſus eſt terminos mandati,
…cere poſſit. *l. 5. P. Mandat.*
…1. Negotiorum geſtor interdum dolum ſo-
…modo præſtat, aliquando caſum fortuitum. *l.*
… *9. l. 11.* P. *h. t.* regulariter tenetur de culpa le-
…ma. *§. 1. Inſt. de Obligat. quæ q. ex contract.* Sed,
… ſufficit in paucis negotiis amici conſuluiſſe.
… C. *h. t.* propter negotia quæ non geſſit, non
…gatur. *l. 6. §. fin.* P. *eod.* Non tantum ſors, ſed
…ſuræ in judicium negotiorum geſtorum veni-

tunt. *l. 19. §. pen. P. d. t.* Et si pecuniam domi in suos usus convertat, maximas usuras præstare t netur. *l. 38. P. h. t.*

22. Qui circa res meas aliquid impendit, nc in id, quod ei abest, quia improbè ad negotia m accessit, sed in quod ego locupletior factus sum habet contra me actionem negotiorum gestorum *l. 6. §. 3. circ. fin P. d t.* Unde eliciunt quidam D eum, qui ædificavit temerè ex sua materia in alien solo, impensas posse actione petere. Parum i consideratè, quia hic nullo alio modo quam p retentionem impensas servat. *l. 33. in fin. P. de Co dict. indeb.* sumptus non aliter consequitur quam possideat, oppositâ doli mali exceptione. *l. 14. de Dol. mal. except.*

23. Si dominus negotium ratum habeat, p ratihabitionem erit negotiorum gestorum actio. *6. §. 9. & l. 9. P. h. t.* Imò si servum non neces- rium emero filio tuo, & tu ratum habueris, ni agitur ratihabitione. *d l. 6. §. 6.* Atqui omnis tihabitio retrotrahitur & mandato comparatur. *ult. in fin. princ. C. Ad SC. Maced.* & qui ratum h buit, obstringitur mandati actione. *l. 60. P. de R.* Hæc remedio distinctionis conciliari possunt.

DE CALUMNIATOR.

24. Judicium de calumniatoribus pertinet t ad publica crimina, si quis malitioso animo crim

fals

faium intendat. *l. 1. §. 1. P. Ad SC. Turpill* quam ad causas pecuniarias. *l. 1. §. 1. P h. t.* ubi in eum qui calumnię causa pecuniam accepit, ut negotium faceret vel non faceret, intra annum competit actio in quadruplum post annum in simplum *d. l. in princ. h.* t. Actio in quadruplum est mixta, atque ei inest rei persecutio, cum qua ideo concurrere potest condictio ob turpem causam, & puto indicere alterutram actionem, ait IC. in *l. 5. §. 1. h. t.* An ergo per condictionem consumitur actio pœnalis? Hoc non patiuntur juris regulæ, & quandoque post repetitionem rei datæ in quadruplum agitur. *l. 7. §. 1. eod.* Neque judicium hoc privatum absorbet criminale. *l. pen. d. t. l. un.* C. *Quand. civ. criminal.*

DE IN INTEGR. RESTITVTION.

25. Restitutio in integrum non est actio propriè dicta, sed remedium extraordinarium. *l. 16. P. de Minor.* quo Prætor deceptos aut læsos in eam causam, in qua ante erant, reponit. Non tamen Prætor tantum restituit in integrum, sed & hi quibus mandata est jurisdictio. *l. ult.* C *Ubi & ap. qu. in integr. restit.* non autem magistratui municipali, neque judici pedaneo, neque arbitro compromissario jus restituendi competit. *d. l. ult. l. 26. §. 1. P. ad municip.* Et postulanda est in loco, in quo domicilium habet is qui convenitur. *l. 2.* C. *Ubi & apud quem cognit.* Non pręcisè. *l. 13. §. fin. P. de Min.*

Eaque

eaque poſtulata executionem ſententiæ ſuſpendit. *t. t.* C. *In int. reſtit. poſtul. ne quid nov. fi.* Semel autem denegata reſtitutione, iteratò non conceditur, ſuper eodem negotio, ex cauſa eadem ante allegata & in judicium deducta. *tit.* C. *Si ſæp. in int. reſtit. poſtul.* Reſtitutio in integrum non datur ob rem minimam, maximè ſi majori rei vel ſummę pręjudicetur. *l. 4.* P. *h. t.* Ita actio de dolo, ſi modica ſit ſumma, id eſt uſque ad duos aureos, non debet dari *l. 9. §. fin. l. 10. & ſeq.* P. *de Dol. mal.* Diverſa eſt ratio actionis furti & de vi bonorum raptorum *pr. Inſt. de Vi bon. rapt l. 5. §. pen.* P. *de A. R. D.* Beneficium reſtitutionis in integrum, licet ſuo ſenſu dici poſſit perſonale, etiam conceditur heredibus & ſucceſſoribus eorum qui in integrum reſtitui poterant. *l. 6.* P. *h. t. l. 2. & 4.* C. *de Temp. reſtitut.* Diſputatur an beneficium idem tribuatur ſucceſſoribus læſorum? Et de reſtitutione ex cauſa doli, metus, alien. jud. mut. id affirmare non dubitamus. Idem quoque aſſerimus de reſtitutione, quæ beneficio ætatis datur. *l. 24. in pr.* P. *de Minor.*

26. Reſtitutio erat annalis ex cauſis doli, metus *l. 14. §. 2.* P. *Quod met. caus.* ætatis. *l. 39.* P. *de Minor.* abſentiæ. *l. 1.* P. *Ex quib. caus. maj* alienationis judicii mutandi cauſa factę. *l. 6.* P. *de Alienat. jud. mut. caus.* In locum anni in ſingulis hiſce reſtitutionum ſpeciebus ſucceſſit quadriennium continuum. *l. ult.* C. *de Temp. in integr. reſt.*

27. Non ob quemvis leviculum metum & ina-
rm, ſed juſtum metum datur reſtitutio. *l. 5. &*
P Quod met. caus. Non igitur pertinet huc me-
s minarum, metus reverentiæ, *arg. l. 22. P. de*
N *l. 26 §. 1. P. de Pignor.* Neque metus infa-
iæ cauſam reſtitutioni præbet. *l. 7. D. h. t.* Sed
etus juſtus eſt, ſi dederit ne ſtuprum patiatur, vir
t mulier. *l. 8. §. 2. P. eod.* An ſi quis fundum ſu-
n dereliquerit, qui audiverat quod aliquis cum
mis veniret, edicto reſtitutorio locus eſt? Neg.
9. in pr. P. d. t.

28. Actio quod metus cauſa in perſonam eſt, in
m ſcripta, arbitraria. *§. 31. Inſt. de Action. d. l.*
§. fin. in qua judex rem per metum ablatam ju-
et reſtitui, cui juſſui ſi non pareatur, ſuccedet
ndemnatio in quadruplum. *l. 14. §. 4. P. h. t.* &
adruplatur quanti ea res erit, cum fructibus &
mni cauſa. *d. l. 14. §. 7.* ac ita actio hęc eſt mixta
ænalis & rei perſecutoria. *ead. l. 14. §. 10.* Quod
quis quadruplum exegerit, finitur in rem actio,
ec ſupereſt ulla rei per metum ablatę perſecutio.
9. §. 5. h. t. Neque ſi juſſus reſtituere actori rem
ſtituat, ad pœnam pręſtandam ulterius tenetur,
a ut, ſi prius ſit actum rei vindicatione, judicium
uod metus cauſa finiatur. *d. l. 9. §. 6.* quod he-
dibus quidem datur, adverſus heredes verò non
mpetit niſi quatenus ad eos pervenit, ſeu quate-
nus

nus ex ipso defuncti maleficio, & v. g. ex re ablat
facti sunt locupletiores, etiamsi lis cum defunct
non fuerit contestata, ut illis lucrum turpe celer
quęsitum extorqueatur, ut in simili loquitur U
pian. in *l. 5. P. de Calumniat*, Add. *l. 16. §. fin.*
h. t. Duæ in actione quod metus causa sunt sen
tentiæ, una interlocutoria, altera definitiva. *arg*
35. §. 1. P. de R. V. l. 6. §. 2. D. de Confess. Cæt
rum duplici instantia, aut duplici libello opus no
est. *arg. d. §. 31. Inst. de Action.*

29. Qui sine judicis autoritate rem propria
aut sibi debitam occupavit, non tenetur actior
quod metus causa. *l. 12. §. fin. P. h. t.* sed incic
in legem Juliam de vi, jus crediti amittit. *l. 13.*
eod. reique suę dominio cadit. *l. 7. C. Unde vi.*

DE DOL. MAL.

30. Quemadmodum, si dolus dederit causa
contractui bonæ fidei, hunc vitiat ipso jure, ita
ex eo nulla competat actio *l. 7. in pr. D. de D.*
mal. ita & metus. *arg. l. 21. §. 3. D. Quod met ca.*

31. Quemadmodum quoque actio quod mets
causa locum non obtinet, quando actio alia s
perest. *l. 14. §. 2. D. eod.* Ita nec doli actione
concedit Prætor, si aliud remedium actori sit re
quum, quo rem suam servare possit. *l. 1. & 4.*
de Dol. mal. Unde disceptatur 10. An si actio, qu
alicui competebat, tempore sit finita, detur ea de-
cien

ente actio de dolo? Neg. *d. l. 1. §. 5.* 2°. An qui actionem aliquam vel civilem vel honorariam in [?]pulatum deductam acceptilatione sustulit, de do[lo] experiri possit? Neg. *d. l. 1. §. pen.*

32. Contra parentes vel patronos non restituuntur filii aut liberti actione de dolo malo. *l, 11. §. [1.] P. h. t.* Sed contra heredes patroni aut parentis [ac]tio de dolo competit. *l. 13. P, eod.*

33. Reus deferente actore juravit, & absolutus [es]t, postea perjurium fuit adprobatum, an in per[j]urum actio de dolo dabitur? Neg. *l. 21. P. h. t.* [Na]m ut dicitur in *l. seq.* sufficit perjurii pœna. Per[ju]rium igitur legibus quoque civilibus vindicatur. *[l.] 13. §. fin. D. de Jurejur. l. 41. C. de Transact. l. fin. [C. de] Stellionat.*

DE MINOR. 25. ANN.

34. Quod cum minore annis 25. gestum esse [di]cetur, uti queque res erit animadvertam, edicit [P]rætor in *l. 1. §. 1. P. h. t.* Nulla ex hoc edicto actio [pr]opria proficiscitur, sed totum pendet ex præto[ri]s cognitione. *l. 24. §. ult. P. eod.* licet aliquando [co]ntra tertium in rem actionem concedat. *l. 13. [§.] 1. d. t.* Unde minor, qui sobriè res suas admini[st]rans fato læsus est, non restituitur. *l. 11. §. 4. P. [h.] t.* neque indiget restitutione, qui curatorem ha[b]ens, ex contractu civiliter obligatus, bona sua alie[na]vit, secus est, si curatore destitutus titulo vendi[ti]onis ea transtulerit. *l. 3. C. de In integr. restit. min.*

Non

Non igitur invito minori curator obtruditur. §. 2. *Inst. de Curator.*

35. Edicto minoribus succurritur, quod fragi & infirmum sit hujusmodi ætatum consilium, e multis captionibus suppositum. *l. 1. in pr. P. de minor.* Quamobrem quoque minoribus Jurisprudentiæ Doctoribus & Advocatis, beneficium restitutionis denegari non debet. *arg. l. 2. P. de Jur. & fact. ignor.*

36. Non succurritur minoribus, qui procuratorio nomine sunt circumscripti. *l. 23. P. h. t.* neque qui sæpius in integrum restitutionem postularunt, sed in iis causis, in quibus jam ante petita restitutione deteriorem calculum reportarunt. *l. 1. 2. 3. C. Si sæp. in int. rest.* Alioqui restitutus ut adeat hereditatem restitui potest, ut se abstineat *l. 7. §. 9. P. h. t.*

37. Minori quoque contra minorem, si ambo sint capti, restitutio denegatur. *l. 11. §. pen. P. ed.* juxta vulgarem regulam: Privilegiatus contra privilegiatum non fruitur suo privilegio. In delictis item minoribus non subvenitur, sed si minor qui contumax condemnatus sit, in integrum restitutionis auxilium implorabit. *l. 8. & seq. §. 2. P. ed. t.* Idem est, si delictum non ex animo sed extra [illegible]niat. *l. 1. C. Si advers. delict.*

39. Si minor, pro quo intervenit fidejussor, [illegible]brico ætatis circumscriptus restituatur, non pro[illegible] le[illegible]

ec restitutio fidejussori, verum si dolo adversarii eceptus sit, fidejussori quoque succurritur. *l. 2. .de Fidejuss. min.*

DISPVTATIO QVARTA.

RESPONDENTE

JACOBO FOCKINCK *Daventriensi.*

DE

CAPIT. MINVT.

APHORISMUS I.

EMancipato filio capitis diminutio manifestè accidit, cum emancipari nemo possit, nisi in imaginariam servilem causam deductus. *l. 3. . 1. P. h. t.* Ratio hæc sublata est per *l. ult. C. de mancip. lib.* An igitur edictum *P. h. t.* postquam b ista veteris observantiæ scrupulositate recessum st, mutatum est? Non refertur inter modos ob-gationum tollendarum: An emancipatio etiam-um hodie est capitis diminutio? Affirm. Qui nim hodie emancipatur, priorem statum mutat, t sui juris, qui ante erat subjectus patris potestati. *ult. in fin. P. h. t.*

EX QVIB. CAVS. MAJOR.

2. Qui abſuit Reipublicæ cauſa, contra uſucapionem & præſcriptionem adjuvatur, ſive procuratorem reliquerit ſive non. *l. 26. §. fin. D. Ex quib caus maj*. quod clauſula generali, *ſi qua alia mihi juſta cauſa videbitur,* etiam extenditur ad alias abſentiæ cauſas. *d. l. 26. §. fin. & duab. ll ſeqq.* An propter eandem clauſulam ex capite ignorantiȩ adverſus præſcriptionem 10. 20. 30. ann. reſtitutio con cedenda eſt? Affirmantium ſententiam defendi communis *Dd.* opinio: Quæ ſi vera eſſet, is qu præſcripſit, pleniſſima munitione non eſſet ſecuru ſecus ac diſponit *l. 4. in fin. C. de Præſcript. 30. ann* Et ſanè vix eſt, ut legum apicibus inſpectis dubi tare liceat, cum Imp. omnem ignorantiæ prætex tum removerit in *l. fin. circ. fin. C. de Long. temp præſcript.* ibi, *nulla ſcientia vel ignorantia exſpectanda*

3. Errant quoque graviſſimè *Dd.* qui exiſti mant, hîc opus eſſe duplici judicio, Reſcindenti quo intra annum uſucapio reſcindatur, & Reſci ſorio, quo uſucapione reſciſſa res perpetuo vind cetur. Effecta conjuncta unius & ejuſdem judici ſeu una hîc eſt actio, quâ uſucapio reſcinditur, & res revocatur, atque intentanda ac finienda hod eſt intra quadriennium continuum. *§. 5. Inſt. d Action. l. 18. C. de Captiv. l. ult. C. h. t. l. fin. C. d Tempor. in int. reſtit.* Dubitatur, an, ſi bonæ fid poſſeſſoris detentatio inchoata ſit ante abſentiam,

fini

ta autem reverso, restitutionis auxilium locum beat? Ait Ulpian. in *l. 15. §. fin. P. h. t.* si intra dicum tempus quam rediit, hoc contigit. Si igur sit finita usucapio intra non modicum tempo, v. g. intra annum, quo absens reversus est, restitionem denegamus cum Duareno ad *h. t.* pag. (*ibi*) *132.* ubi eleganter disputat contra Burgari- & quosdam Burgarianos.

DE ALIENATION. JUDIC. MUTAND.

4. Alienatio judicii mutandi causa facta non rlè refertur inter causas restitutionum in integrum, qua inducta est actio in factum, adversus em qui rem non possidet, seu qui rem alienavit. qui contra eum prodita est actio in rem utilis. *l.* . *§. 3. P. de R. V.* Est discordia concors.

DE RECEPT. QUI ARBITR. RECEP.

5. Constituuntur arbitri compromissarii ve do pacto. *l. 11. §. 1. P. h. t.* neque interest certa incerta summa compromissa sit. *l 28. d. t.* Si pulati sint compromittentes sibi invicem pœnã, alteri quoque puta Fisco pœnam dari, Fiscus enam exigere nequit. *l. 42. P. h. t.* uti nec alius ivatus quisquam regulariter. *l. 38. §. 17. P. de O.* Si pœna compromisso adjecta non fuerit, l simpliciter sententiæ stari quis promiserit, adrsus eum agendum est incerti condictione. *l. 27.*

§. fin P. h. t. in id quod intereſt. *l. ult. P. Si qu. i jus vocat. non ſer.* prout hoc evenire ſolet in faci endi obligationibus. *l. 13. §. 1. P. de Re judic.*

6. Compromittitur in qualescunque, etiar ignominioſos. *l. 7. P. h. t.* item filiosfam. de r patris *l. 5. & 6. P. eod.* Arcentur inter alios, mu lieres. *l. fin. C de Rec. arbitr.* minores 18. annis. *arg.* *57. P. de Re jud.* An ſi minorennis pendente com promiſſo ſit factus majorennis, rectè judicat? Neg & requirimus, ut de novo in eum compromitta tur, *arg. l. 9 P. h. t.* An in judicem ordinariur compromitti poteſt? Quidni? *l. 3. §. fin. & l. ſeq. d.*

7. Compromittitur de cauſis controverſis, nc item ſi de negotio tranſactum ſit. *l. 32. §. 5. P. h.* neque de cauſa liberali, quæ exigit majores judice *ead. l. 32. §. 7.* h. e. Magiſtratus majores, neque e pediebatur dato judice. *l. ult. C. Vbi caus. ſtat. l.* *C. de Ingen. manumiſſ.* quod controverſum eſt. per errorem de famoſo delicto ad arbitrum itu eſt, vel de ea re, de qua publicum judicium co ſtitutum, veluti de ſicariis, adulteriis & ſimilibu prætor vetare debet ſententiam dicere. *d. l. 32. §.* Diſputatur, an in arbitrum compromitti poſſit cauſis delictorum privatorum? Negant multi. *ar* *d. §. 6.* quorum ſententiam improbo. *arg. l. 13.* *5. P. de His qui not. infam.*

8. Compromiſſum ad ſimilitudinem judici rum redigitur. *l. 1. P. h. t.* reſpectu ordinis & pr ceſſ

ius judiciarii, ut dicit Wesembecius; Ita arbiter adesse litigatores per nuntium vel per epistolam jubere potest. *l.* 49. §. 1. P. *sh. t.* coram arbitro proponitur actio, necessaria est litis contestatio, sententia ferenda præsentibus litigatoribus. *l* 27. §. *1. d.t.* Cæterum arbiter vere nec judex, nec ejus pronuntiatum per omnia sententia est. *l.* 13. §. 5. P. *de His qui not. infam.* Compromissum non parit litis pendentiam, ut loquuntur *Dd.* ex *l.* 36. P. *h. t.* neque mutua petitio sive reconventio apud arbitrum instituitur, nisi aliud velint verba compromissi, *arg. l.* 21. §. 6. P. *d. t.* arbiter non habet jus dicendæ mulctæ, *arg. l.* 2. §. *fin.* P. *de Judic. l.* 131. P. *de V. S.* Ex compromisso non oritur actio judicati, nec exceptio, sed petitio pœnæ. *l.* 2. *eod. l.* 1. C. *de Recept. arbitr.* à sententia arbitri ex compromisso jure perfecto aditi non datur appellatio, licet sine pœnæ adjectione nudo pacto sit compromissum. *d. l.* 1. Si tamen sententia arbitri compromissarii contineat notoriam iniquitatem & læsionem enormissimam, Interpp. nostri confinxerunt reductionem ad arbitrum boni viri ex *l.* 32. §. 14. P. *h. t.* Verum si textus ille exactius examinetur, contrarium docebit: Stari debet sententiæ arbitri, quam de re dixerat, sive æqua, sive iniqua sit, & sibi imputet qui compromisit, verba sunt. *l.* 27. §. 2. P. *eod.*

NAVT. CAVPON. STABULAR.

9. Ex hoc edicto tenentur nautæ, caupones, stabularii in solidum de culpa etiam levissima, no casu fortuito. *l.* 3. §. 1. P. *h. t. l.* 1. §. *fin.* P. *de Exer cit. act.* An præstant factum vectorum & viatorum? Affirm. *l.* 1. §. *fin. & l. seq.* P. *h. t.* An in concursu hujus actionis & actionis furti altera alteram consumit? Qui hoc affirmat profecto helleborosus est, non obstante *l.* 5. §. *fin.* P. *h. t.*

DE JVDICIIS.

10. Judicium, ut diximus supra *Disp.* 2. *aphor.* proprie non inchoatur à citatione aut in jus voc tione, quæ vulgò promiscuè usurpari solent, sec litis contestatione. *l.* 15. P. *Rem rat. hab.* quæ à D. distingui solet in Affirmativam, cum reus affirmtivè litem contestatur debitum fatendo, & Negtivam, cum negativè, debitum negando, *Nego narrata prout narrantur & dico secundu petita fieri non debere petens me ab instituta act ne absolvi*; Illam iterum subdividunt in Pura, quando citra objectionem exceptionis reus deb simpliciter fatetur, atque ad solutionē paratus e & Mixtã. Magistrorum commentitia est distinc contraria rationibus juris, & ut omittam alias, surdissimum est statuere, litem contestari eum, c debitum fatetur, in quem nullæ sunt partes judic *l.* 25. §. 1. P. *Ad l. Aquil.* nec igitur lis cum eo est

11. L

11. Litis contestatio non solum perpetuat actio-
em, quæ aliàs vel tempore vel morte fuisset exspi-
atura. *l. 9. §. 3. P. de Jurejur. l. 139. P. de* R. I. sed
tiam facit, ut actio semel instituta, & postea omis-
ı usque ad annos 40. â tempore cessationis com-
utandos extendatur. *l. fin. C. de Præscript. 30. vel*
o. ann. l. 1. §. 1 C. de Annal except. Verum judi-
is pronuntiatione instantiâ peremptâ, ac ita φθα-
είσης τῆς δίκης lite mortua, effectum litis conte-
ationis durare absonum est, prout hoc eruditè
ontra Bartolum disputat Nic. Valla. Controver-
ia est insignis, an litis contestatio sit causa præstan-
darum usurarum in judiciis stricti juris? Pro affir-
native sententia post Coras. & Costal. speciosa ar-
umenta excogitavit M. Lycklama. Quam impro-
amus, & duntaxat vi stipulationis in judiciis stri-
cti juris usuras deberi asserimus. *l. 1. C. de Condict.*
ndeb. l. 3. C. de usur.

12. Imperitus legum, morum ac constitutio-
ıum officio judicandi fungi prohibetur. *pr. Inst.*
de Offic. jud. Nov. 82. in præfat. non etiam cœcus.
. 6. P. de Iudic. nec major annis 18. *l. 57. P. de Re*
ud. neque filius in causa patris. *l. 77. & seq. P. de jud.*

13. In processu famosissimæ *l. diffamari. 5. C.*
de Ingen. manum. Pragmatici plerique judicium
deducunt duplex diffamatorium & causæ princi-
palis, atque in diffamatorio, diffamatorem acto-
rem, diffamatum verò reum esse argutantur. Sim-

plicius, judicium unum ibi tradi judicamus, quo conqueritur diffamatus, ſe diffamatũ eſſe ratione ingenuitatis, atque implorat, diffamatori injungi, ut rationes diffamationis ſuæ reddat, quas ſi producere nequeat, ſilentium ei perpetuum imponatur. Unde apparet actorem eſſe non diffamatorem, qui in jus vocatur, qui contradictionem facit, qui ſe defendit, ſed actorem eſſe diffamatum, qui primus ad judicium provocat. *d. l. 5. junct. l. 13. P. de Iudic.* cui conſequens eſt, non diffamati ſed diffamatoris judicem eſſe competentem, actor enim ſequitur forum rei. In cauſa evictionis venditor ſequitur forum emptoris. *l. 49. P. h.t.* non tamen invitus, *arg. l. fin. P. de Iurisd.* quamvis teneatur emptori de evictione, ſi hic autorem laudaverit, & monuerit, ut negotio aſſiſteret cauſamque inſtrueret. *l. 8. & 9. C. de Evict. l. 2. C. de Iurisd.*

14. Actione in rem conventus coram eo judice reſpondere cogitur, ubi res, ſive mobilis, ſive immobilis, de qua contenditur, ſita eſt, vel in cujus territorio reus domicilium fovet. *l. 3. C. Vbi in rem act.* Quid ſi poſſeſſor in loco rei ſitæ non inveniatur, conveniantur coloni, inquilini. *l. 2. C. eod.* nec eſt aliud remedium contra abſentem, quam ut bona ejus poſſideri jubeantur. *l. 19. §. 1. P. h. t. l. 16. P. de In jus voc.*

15. Per reconventionem non ſolum ſecularis, ſed & eccleſiaſticus ſubjicitur foro alieno, ut hic

perperam

erperam exceptionem fori declinatoriam propo-t *l. 22. P. h. t. l. 14. & Auth. seq. C. de Sentent.* cu-js enim in agendo quis observat arbitrium, eum ntra se judicem habere non dedignetur. *caus. 3. n. accusatores. v. Cujus. q. 8.* Verum licet conven-s actorem de alia causa reconvenire coram dem judice possit, id tamen in feudis, nisi in usis feudalibus propter defectum jurisdictionis on admittitur, *arg. c. un. de Controvers. feud. int. par.* econventio ista proponenda est statim ante litem ontestatam in causa conventionis. *Auth. & conse-enter. C. de Sentent. clem. Sæpè 2. vers. Verum. de V. S.* n, & post litem contestatam? Affirmantium sen-ntia non destituitur suis rationibus. *C. Dispen-a. v. reus quoque. de Rescript. in 6°.*

16. Decidenda prius est controversia possessio-s, postea proprietatis; à Judicio possessorio, seu ima actione, transitur ad petitorium, secundam tionem proprietatis. *l. 13. C. de R. V. l. 3. C. uor. bonor.* Non igitur â sententia lata in possesso-o appellatur, explosa Dd. distinctione judicii pos-ssorii in summarium, momentaneum & plena-um; omnis possessionis causa est momentanea, oc est, celeriter, summatim, citra ullam cunctatio-em, amputatis omnibus frustrationibus cognosci, pediri debet, *d. l. 3. C. Quor. bon. l. 2. C. ubi in m act.* An licet judicium possessorium & petito-um simul in eodem libello cumulare? Neg. *arg.*

l. 12. §. 1. P *de A. P. junct. l.* 6. P.*de Except. rei jud.*

17. Judex suspectus recusari potest non tantu
delegatus, sed & ordinarius. *arg. l.* 47. P. *h. t. l.* 1
C. *eod.* si sit justa recusandi causa, eaque fuerit pro
bata, *arg. l.* 17. P *d. t.* An justa recusandi causa est
quod judicis filius actoris aut rei Advocatus sit
Nequaquam, *arg. l.* 54. P. *de R. V. junct. l.* 14. §.
P. *de Bon. libert.*

De Inofficioso Testam.

18. Querela inofficiosi non præparat viam pe
titioni hereditatis, sed est conjuncta cum petition
hereditatis. *l.* 8. §. 8. *l.* 20. *l.* 21. §. *fin.* P. *& l.* 3.
in pr. C. *h. t.* qua judicio uno & eodem & rescin
ditur testamentum, & ab intestato petitur hered
tas. *l.* 6. § 1. P. *eod.*

19. Cessat querela, si intra quinqennium a
adita hereditate numerandum non fuerit institut
d. l. 8. §. *fin.* P. *de Inoffic. testam.* quæ præscript
non currit adversus minores annis 25. *l.* 2. *& fi*
C. *In quib. caus. in int. rest.* An exceptio inoffici
eodem tempore amittitur, si filius exheredatus j
xta *d. l.* 8. §. 13. sit in possessione hereditatis, & scri
ptus quidem heres petat hereditatem, filius ve
exheredatus in modum contradictionis querela
inducat? Affirm. Sed condictio ex *l.* 30. C. *de I*
offic. testam. ad exemplum aliarum actionum pe
sonalium est tricennalis, *arg. l.* 3. C. *de Præscrip*
30. *ann.*

20. Pater filium in poteſtate conſtitutum, aut [h]eredem inſtituere, aut eum debet exheredare ritè. [l.]8. §. 2. P. *de Bon. poſſeſſ. contr. tabb.* ceu purè. *l.* 3. [§.] 1. P. *de Liber. & poſthum.* nominatim. *l. fin.* C. [d]e *Lib. præter.* ab univerſa hereditate, & ab omni [g]radu. *l.* 3. §. *fin. l.* 14. §. 1. *l.* 19. P. *de Liber. & [p]oſthum.* ex cauſis quarum catalogus recenſetur in [N]ov. 115. c. 3. neque admittimus alias præter ibi [e]numeratas. Si pater filium ſilentio præterierit, [n]on indiget filius querelâ, quia teſtamentum eſt [i]pſo jure nullum, ut nec legata, nec fideicommiſſa [d]ebeantur *l.* 30. P. *de Liber & poſthum.* quod per Nov. 115. non eſt emendatum. An hoc teſtamen[t]um per inſertam clauſulam codicillarem ſuſtine[a]tur? Nihil minus, *arg. l.* 2. P. *de Legat.* 3. *junct. l.* [8]8. §. *fin.* P. *de Legat.* 2. Præteritio iſta Dd. quibuſ[d]am duplex eſt cum cauſa & ſine cauſa. Diſtinctio [e]ſt juri incognita. Omnis præteritio ſine cauſa eſt, & quæ cauſam adſcriptam habet, exheredatio eſt. *arg. l.* 3. C. *de Lib. præter.* Si mater filium prçter[i]erit, teſtamentum non redditur ipſo jure nullum, Silentium matris aut avi materni pro exheredatione habetur, & aperit viam querelæ. §. *fin Inſt. de Exher. lib.* neque hoc eſt mutatum jure noviſſimo, *arg. l.* 32. *in fin.* C. *de Appellat. junct.* Nov. 115. c. 3. *in fin.* An poſt eandem Nov. uſus querelæ evanuit? Nequaquam.

21. Poſt liberos querelam habent parentes â liberis

beris præteriti vel injuſtè exheredati, quibus ordine mortalitatis turbato, non minus piè quam liberis relinqui debet hereditas. *l. 15. P. h. t.* Olim teſtamenta liberorum de bonis caſtrenſibus aut quaſi caſtrenſibus confecta querelæ non ſubjacebant. *l. fin. C. h. t.* quod correctum eſt. Si parentes á filiis prçteriti, aut injuſtè exheredati querelá teſtamentum reſciderint, ab inteſtato quoque cum iis fratres & fratrum præmortuorum filii admittuntur, *arg. Nov. 118. c. 2. junct. l. 6. §. 1. P. h. t.*

22. Parens ſua diſpoſitione inæquales portiones liberis aſſignare poteſt, dum tamen ſalvam habeant legitimam, quç olim fuit quarta pars portionis ab inteſtato debitæ. *d. l. 8. D. & l. 31. C. h. t.* Sed jurç noviſſimo in omnibus perſonis, in quibus ab initio antiquæ quartæ ratio de inofficioſo lege decreta eſt, augmentum legitima accepit, ac in locum quartæ ſucceſſit triens aut ſemis. *Nov. 18. c. 1.* Parentum igitur legitima quoque aucta eſt, *arg. d. c. 1. in fin.* De legitima fratrum major dubitandi cauſa eſt, quia iis querela non competit per ſe & ſimpliciter, ſed odio ſcripti heredis tantum, ſi hic infamię vel turpitudinis vel levis notę macula aſpergatur. *l. 27. C. h. t.* Quo tamen non obſtante etiam ad fratrum legitimam augmentum pertinere judicamus. *d. c. 1. in fin. v. hoc obſervando.*

23. Legitima ſic dicta eſt quod legibus debeatur, adeoq; juri naturæ ea perperam adſcribitur.

Juris

juris civilis est. Non natura sed lex portionem tam definivit. *l. 7. P. de Bon. damn. d. Nov. 18. l.* . *P. h. t.* & alibi passim. Quare lege, statuto aut consuetudine mutari potest. *§. pen. Inst de Jur. nat. gent. & civ.* An in totum tolli? Non sanè legitima liberorum, h. e. nulla lege humana effici potest; quin portio aliqua bonorum paternorum liberis relinqui debeat, *arg. d. l. 7. l. 7. in fin. P. Si tabb. testam. l. 36. §. 2. C. h. t.* nisi ipse filius causam dederit; sic privatur filius legitima, si non confecto inventario immiscuerit se bonis paternis; non persequitur legis beneficio, quam contemnendam censuit. *l. ult. §. 12. & pen. C. de Iur. del.*

24. Legitima jure Pandectarum, Codicis, Institutionum & *Nov. 18. c. 1.* relinqui potuit titulo quovis, & universali & particulari, dum tamen hoc casu, ne propter preteritionem testamentum reddatur nullũ, filius ritè exheredaretur. Jure novissimo necesse est, filium institui heredem. Imò etiamsi certis rebus jussus sit contentus esse, legi satisfactum est. *Nov. 115. C. 3. & c. 5.* An hic titulus institutionis magis in nomine & titulo nudo, quam in re ipsa consistit? Asserit hoc subtilissimus Bachovius *arg. l. 13. C. de Her. instit.* Quod non laudo, neque sine insigni utilitate titulum institutionis ab Imper. desiderari existimo. An igitur legitima est pars hereditatis? Ajo, neque filius spretâ patris hereditate legitimam retinere potest, *arg. l. 1. & 2. P. de A. H.* Controversum est, an filius pos-

ſit recuſare patris hereditatem retento feudo. Negat feudiſta in *C. un. §. 3. vers. filius. de Capitan. qui cur. vend.* quod tamen non deſtituitur ſuis difficultatibus.

25. Parente vivo filius in legitima nihil juris habet, *arg. l. 1. §. 21. D, de Collat.* Quęro, an, ſi pater monaſterium ingrediatur, poſt ingreſſum filio illico legitima debeatur? Affirmativa ſententia eſt plauſibilis, *arg. Nov. 5. c. 5. junct. l. 53. in fin & l. 56. C. de Epiſcop. & cler.* Poteſt tamen pater ſi velit liberis legitimam adſignare & tradere, modo poſtea ſecundum jus noviſſimum, ut ante monui, in aliquo inſtituantur, vel exheredentur *d. Nov. 115 c. 3.* Sed ſi pater ſua ſponte filio legitimam aſſignaverit & poſtea diem obierit locupletior, quam fuerat tempore legitimę datæ, filii quoque eodem augmento gaudebunt. *arg. l. 6. & 35 §. 1. C. h. t.* & fingamus bona eadem vivo patre deminuta, non nocebit deminutio, modo cæteri legitimam ſalvam habeant.

DE PETITION. HEREDIT.

26. Hereditatis petitio eſt actio in rem. *l. 27. §. 3. P. de R. V. arg. l. 28. P. de O. & A.* bonę fidei. *l. ult. C. h. t.* qualis etiam ante iſtam conſtitutionem fuit. *arg. l. 38. P. eod. l. 42. in pr. P. de Mort. cau. donat.* Sed actio ex teſtamento in perſonam eſt ſtricti juris, *arg. l. 5. §. fin. & l. ſeq. P. de in lit. jur. junct.*

.18. *Inst. de Action.* quę nascitur quasi ex contra-ctu, & ex aditione hereditatis. §. 5. *Inst, de Obligat. q. ex contr.* & datur contra heredes adeuntes hereditatem legatariis, fidecommissariis, eaque ab herede incipit. *l.* 40 *P. de O. & A.*

7. Petitio hereditatis in qua plena inquisitione ... discutere oportet, juxta *l.* 9. *C. de Iudic.* distinguitur ita à remedio *l. ult. C. de Edict. D. Hadr. toll.* quod tantum possessorium est interdicti loco, per quod actor non declaratur heres, sed si judici competenti, seu magistratui, in cujus territorio bona sunt sita, ostenderit testamentum non cancellatum, neque abolitum, neque ex quacunque suæ formæ parte vitiatum, mittitur in possessionem earum rerum, quę testatoris tempore mortis fuerunt. An magistratus, cui jus mittendi est, hoc jus mittendi alteri mandare potest? Aff. non quia mixti imperii sed jurisdictionis est. *l. fin.* §. 1. *P. de Offic. ei cui mandat. est jurisdict.* An remedium. *d. l. ult.* competit instituto in re certa? Affirm. utique quando ... us est institutus heres, qui detracta mentione ... certę ex asse institutus intelligitur. *l.* 41. §. *fin. P. de Vulg. & pup. substit. l.* 1. §. 4. *P. de Hered. instit.* ... o etiam casu eidem petitionem hereditatis con-...do.

28. Directa petitio hereditatis datur contra eum, qui possidet pro herede vel pro possessore. ...9. *P. h. t.* Qui titulo singulari possidet, vel uti

emptor

emptor hereditatis, utili petitione hereditatis tene-
tur. *l. 13. §. 4. 5. & 8. P. eod.* Etiam contra eum
qui à fisco hereditatem quasi vacantem emit, ea-
dem actio conceditur. *d. l. 13. §. 9.* quod mutatum
est. *l. ult. C. de Quadr. præscript.* An & heres illius
qui pro herede vel pro possessore possedit, petitio-
ne hereditatis tenetur? Affirm. *ead. l. 13. §. 3.* At
qui non possidet pro herede, sed verus heres est.
Non est contradictio.

29 Differt inter alia rei vindicatio à petitione
hereditatis, quod in illam fructus consumpti indu-
striales non veniant, etiamsi bonæ fidei possessor
sit factus locupletior. *l. 4. §. 2. P. Fin. regund.* in
hanc veniant isti fructus consumpti. *l. 25. §. 11.*
h. t. Et rei judicatæ tempus spectabitur, quo tem-
pore bonæ fidei possessor sit factus locupletior.
36. §. pen. P. eod. præterea qui dolo rem singula-
rem possidere desiit, tenetur utili in rem actione.
l. 27. §. 3. P. de R. V. at qui dolo hereditatem possi-
dere desiit, æquè tenetur petitione hereditatis di-
recta, atque is, in quem dolo malo possessio transla-
ta est, &, si per multos possessio ambulaverit, om-
nes tenebuntur. *l. 25. §. 8. P. h. t.* An uno solvente a-
ter liberatur? Neg. si is qui dolo possidere desiit
ante conveniatur *d. l. 13. §. pen. P. eod.*

30. Veniunt in petitionem hereditatis univers
res hereditariæ, sive jura sint, sive corpora, & non
tantum corpora hereditaria, sed & quę non sunt
hered

hereditaria, quorum tamen periculum ad heredē pertinet. *l. 18. §. ult. & l. seq. in pr. P. h. t.* Excipiuntur servitutes, quæ vindicantur propria actione. *d. l. 19. §. fin.* Neque, ut sentiunt *Dd.* plerique, venit in judicium petitionis hereditatis feudum ex pacto & providentia, ut loquuntur, quod ab hereditate separatum esse judicant. *c. un. §. 3. v. Si conven. de Capitan. qui cur. vend.* Verum nunc tentabimus, etiam feudum illud proprium in petitionem hereditatis venire sub quadam qualitate feudi hereditarii, maxime quando quæstio movetur de successione filii, quem non posse patris spretâ hereditate feudum retinere asseruimus *Disp. præced. aph.* 4. An legitima vindicanda est petitione hereditatis? Affirm.

DISPVTATIO QVINTA.

RESPONDENTE

JOANNE HASS, *Tielâ-Gelro*

DE

FIDEICOMMISS. PET. HERED.

APHORISMUS I.

Fideicommissaria petitio, qua utitur, quisquis recepit restitutam hereditatem ex Scto. *l. 1. h. t.* est civilis non prætoria, bonæ fidei, non stricti juris, *§. 28. Inst. de Action.* non obstante *l. ult. §. 2. de Pet. her.*

DE REI VINDICAT.

2. Rei vindicatio datur ei, qui dominiũ aut jur
gentiũ aut civili acquisivit. *l. 23. D. de R. V.* quod d
actione directa exaudiendum est; utilis etiam da
tur superficiario. *l. 73. §. 1. & duab. ll. seqq. P. eo*
emphyteutæ. *l. 1. §. 1. P. Si ag. vectig.* vasallo.
un. v. rei autem. de Invest. de re al. fact. An igitu
distinctio dominii in directum & utile rejiciend
est? Non omninò.

3. Rei vindicatio instituitur contra possesso
rem aut eum qui dolo malo etiam ante litem co
testatam possidere desiit. *l. 9. 27. §. 3. l. 36. P. h.*
An eadem actione conventus, si litis contestat
tempore non possideat, quo autem judicatur, po
sideat, condemnandus est? Affirm. *d. l. 27. §.*
An, qui post acceptum judicium rem possessam
sucepit, victus eam restituere debet? Affirm. *d.*
18. P. d. tit.

4. Instituitur item rei vindicatio contra om
qui tenent, & restituendi facultatem habent, ac
prædio morantur, quales sunt commodatarii, d
positarii, coloni. *l. 9 P. de R. V.* qui actione
rem conventi dominum nominare debent. *l. 2*
Vbi in rem act. Unde dominium possessionis evi
solet. Obiter, in *d. l. 9. Dd.* quidam casum unu
quo qui possidet in rem agit, investigare sole
Pessimè.

5. Possessor rei vindicatione conventus ne c

in titulum suæ possessionis dicere cogitur. *l. 11. C. de Petit. hered.* Non igitur possessor contravindicare aut ostendere tenetur, pro qua parte ejus sit, hoc enim petitoris non possessoris munus est. *l. 37. D. de R. V.*

16. Qui mea pecunia rem aliquam comparavit, is quidem utili vindicatione conveniri potest. *l. 6. & 8. C. eod.* Pecunia quoque redacta ex re mea, non est mea, quia pretium non ex re, sed propter negotiationem percipitur. *l. 21. D. de Hered. vend.* Ideoque hic non vindicatur, sed condictio locum habet. *l. 23. D. de R. C.*

17. Qui jussus restituere judici non paret, si quidem dolo facit, quo minus possit, quantum adversarius in litem sine ulla taxatione in infinitum juraverit, damnandus est. *l. 68. D. h. t.* Duæ hîc sunt sententiæ non plures, una interlocutoria, altera definitiva. *l. 6. §. 2. D. de Confess.* Interdum in casu contumaciæ commissæ non proceditur ulterius, & arbitrium transit in sententiam definitivam, nec executioni mandatur, quando à reo qui rem non restituit, manu militari possessio aufertur. *d. l. 68.* Qui modus procedendi extraordinarius est. *l. 1. §. 2. D. Si ventr. nomin. mul.* nec tollit actiones arbitrarias, nec rationi juris adversatur.

DE PVBLICIAN. IN REM ACT.

18. Actio publiciana datur, si cui ex justa causa

res aliqua tradita fuerit. §. 4. *Inst. de Action.* Nulla causa precedente, aut traditione non interveniente cessat regulariter Publiciana. *l.* 7. §. 16. *P. h.* Quid tamen si quis justo errore facti causam subesse putet, veluti si quis â furioso, ignorans eum furere emerit, an publicianã habet? Affirm. *d. l.* 7. §.

9. Actionem publicianam Pretor accommodat ei, qui ita rem nactus est à non domino. *d.* §. 4. *l.* 1. *in pr.* D. *h. t.* Verus dominus, si forte rei suę possessione exciderit, eam publiciana actione recuperare nequit, quia sufficit ei civilis actio. *d. l.* 1. §.

10. Actio publiciana exercetur contra quemvis rem detinentem vel possidentem. *l.* 2. *P. de Excep. rei vend. l.* 18. §. *pen.* P. *Damn. infect.* etiam contra dominum, si ad eum res redierit, sed exceptio justi dominii objicienda est publiciana agenti *l. pen. & ult. P. de Public. in rem. act.* Si duo item ab eodem non domino rem bona fide sibi comparaverint, cui priori res tradita, is potior in publiciana, neque in effectu eadem actione tenetur. *l.* 9. §. 4. *P. eod.* An actio publiciana competit contra eum qui possidet pro herede? Affirm.

SI AGER VECTIGAL. PET.

11. Emphyteusis est contractus juris gentium etiam sine scriptura perfectus, *arg.* §. 3. *Inst. de* [...] *cat. l.* 1. *P, h. t.* quo conceduntur agri fruendi perpetuò, vel ad tempus. *l. fin.* D. *eod.* neque emphy-

teusis

...sis ad tempus contracta transit in locationem; quemadmodum nec vice versa locatio in perpetuum contracta degenerat in emphyteusin. *l. 10. C. Locat.* ratio est in *l. 8. in pr. P. Mandat.* An emphyteusis ad tempus contracta, tempore finito renovata intelligitur, si taceat dominus principalis? Neg. si emphyteusis sit constituta scriptura interveniente. *arg. l. 13. §. fin. P. Locat.*

12. Conceduntur in emphyteusin fundi, agri, & passim fit mentio fundi emphyteuticarii, agri vectigalis. *l. 1. P. h. t. l. 31. P. de Pignor.* Successu tamen temporis etiam fuit porrecta ad ædes. *l. 16. §. fin. P. de Pignor. act. l. 15. §. 26. P. Damn. infect. Auth. Si quas ruinas. C. de SS. Eccles. Nov. 120. c. 1. §. ult.* Unde constat, emphyteusin constitui in rebus & ecclesiasticis & profanis, eamq; ita esse aliam civilem, aliam ecclesiasticam.

13. Amittitur emphyteusis civilis, si emphyteuta ... triennio canonē non solverit. *l. 2. C. de Jur. emphyt.* ipso quidem jure, non expectata judicis sententia. Propria tamē autoritate dominus propterea non potest emphyteutam expellere predio emphyteutico, sed per legitimos tramites id facere debet. *Proœm. Inst. in pr. l. 176. P. de R. I.*

14. Emphyteuta non constituitur verus dominus, etiamsi ei effectus dominii seu rei vindicatio tribuatur, uti supra probatum est ex *l. 1. §. 1. P. h. t.* sed quasi dominus, & dominus vocatur in *l. 12. in*

fin. C. de Fund. patrimonial. lib. 11. Atque emph-
teusin donare, legare, pignori dare potest. *l. 71.*
p. & ult. P. de Legat. 1. §. 3. Inst. de Locat. d. l. 1.
§. ult. P. de Pignor. act. In venditione hodie require-
debet consensum domini, cui intra spatium bim-
stre jus προτιμήσεως, jus retractus conceditur.
3. C. de Iur. emphyteut. De venditione loquitur le
nec ad alias alienationis causas porrigenda est, *a*
l. 32. §. fin. C. de Appellat. Nec tantum emphyteu
amittit juxta *d. l. 2.* verũ etiã canonẽ solvere tenet
Nov. 120. c. 8. neque necesse est, ut super solutio
inquietatus aut interpellatus fuerit. *d. l. 2. C. de I*
emphyt. An jus amissum restituitur, si post ces-
tionem triennii dominus canonem oblatum acc-
perit? Neg. *arg. d. c. 8. & d. l. 2.* Idem est, licet e-
phyteuta pœnam, de qua conventum fuit, solve
arg. l. 4. §. 4. P. de Re jud. Non autem hoc casu & c
nonem & pœnam simul exigere licet, *arg. l. 10. §*
P. de Pact. & l. 115. §. fin. P. de V. O.

DE USUFRUCTU.

14, Ususfructus describitur jus utendi, fruc
rebus alienis, salvâ rerum substantiâ. *l. 1. P. h. t.* I
finitio est legitima, nec convenit emphyteutæ, c
ductori, marito re dotali fruenti, neque credit
antichrestico, neque est necesse, ut conveniat u
fructui earum rerum, quæ usu consumũtur. Do
no non competit, qui jure dominii & propriet
usumfructum habet in re sua. *l. 21. §. pen. P*

Exc

except. rei judic. l. 126. P. de V. O. Atque ideo vulgatam Dd. distinctionem usus fructus in causalem & formalem, licet termini videantur crudi, docendi gratia toleramus. Sed usus fructus hic est servitus personæ, non pars dominii. l. 25. P. de V. S. Atqui in multis casibus usus fructus pars dominii est. l. 4. P. h. t. Eleganter ista Græci conciliânt.

15. Si usus fructus legetur; & constituitur usus fructus, & acquiritur fructuario dominium juris, neque factum heredis requiritur, arg. l. 64. P. de furt. junct. l. 15. §. 8. P. Quod vi aut clam. Testamento legari potest usus fructus etiam omnium bonorum, nisi excedat dodrantis æstimationem. l. 29. P. h. t. An usufructuarius omnium bonorum ad solutionem æris alieni tenetur? Negatur. l. fin. P. de Vsufr. leg. ac propter aditionem hereditatis id onus heredi injungitur. l. 2. C. de Hered. vend.

16. Usus fructus ab initio pro parte vel indivisa, vel divisa constitui potest. l. 5. P. h. t. & dividuus est, non sicut cæteræ servitutes, l. 1. §. 9. P. Ad l. Falcid.

17. Usufructuarius vel ipse frui ea re vel alii fruendam concedere, vel locare, vel vendere, vel donare potest. l. 12. §. 2 P. h. t. §. 1. Inst. de Vs. & habitat. quod tamen de jure personæ transferendo intelligi nolo, quomodo per cessionem in jure solemnem usus fructus transferri nequit: Imò tali cessione facta extraneo, licet inutiliter, finitur usus fructus, atque ad dominum proprietatis revertitur. l. 66. P. de Iur. dot.

18. Si operas suas locaverit servus fructuarius, & imperfecto tempore locationis usufructus interierit, quod superest ad proprietarium pertinebit. *l. 26. P. h. t.* diversa est ratio fructuum naturalium, qui ex corpore proveniunt, nam hi, licet fructuarius moriatur fructibus maturis non tamen à solo separatis, in solidum domino proprietatis adquiruntur. *§. 36. Inst. de R. D. & A. R. D.* quod displicet Cujacio, Jurisprudentiæ nostræ lumini, atq; divisionem fructuum pro rata temporis admittit.

DE USUFRUCT. ADCRESCEND.

19. Toties jus adcrescendi est, quoties inter duos pluresve qui solidum habuerunt, usufructus concursu divisus est. *l. 3. in pr. P. h. t.* omnes igitur conjuncti & disiuncti ab initio habent solidum, etiam verbis conjuncti. *l. 80. P. de Legat. 3.* Imò si concurrant quovis modo conjuncti, principem locum tenent re & verbis conjuncti, quos sequuntur verbis tantum conjuncti, & denique re conjuncti postremum locũ occupant, atq; verbis conjunctis postponuntur. *l. 89. P. eod.* Ex quibus inferimus inter verbis conjunctos jus adcrescendi esse, Neque in hac quæstione decidenda necessaria est distinctio inter proprietatem & usumfructum legatum.

QUIB. MOD. USUSFR. AMITT.

20. Finitur usufructus morte fructuarii. *l. 5. §. fin.*

fin. P. h. t. diminutione capitis maxima & me. dia, non minima. *l. pen. §. 2. C. de Vsufr.* Amittitur etiam usus fructus non utendo per modum & tempus decennii inter præsentes, vicennii inter absentes. *d. l. pen. §. 1.* An usus fructus etiam rei mobilis non utendo eodem tempore amittitur? Negantium sententiam amplectitur Doctissimus Merillius. Verum eum ceu aliquid humani passum facilè eo nomine notari patior. An actio personalis ex testamento vel ex stipulatu pro usufructu consequendo competens eodem tempore perit? Affirm. *d. l. pen. in fin. pr. & §. 1.* An & malè utendo exstinguitur usus fructus? Neg.

21. Interit item usus fructus rei mutatione. *l. 5. §. 2. P. h. t.* in tantum ut exustis ædibus fructuario ne quidem areæ usus fructus debeatur. *§. 3. Inst. de Vsufr.* neque idem redintegretur, licet aliæ novæ restituantur. *l. 10. §. 1. & pen. P. h. t.*

DE USVFRVCT. EAR. RER. QVÆ VS. CONSVM.

22. Scto inductum videtur, ut earum rerum quæ usu tolluntur, aut minuuntur, possit usus fructus legari. *l. 1. P. h. t.* An & inter vivos constituatur pactionibus ac stipulationibus? Negat acutissimus Hotomannus, à quo nunc divortium facio. An vestimentorum usus fructus huc pertinet? Nequaquam, nisi convenerit, ut non eadem sed alia

vestimenta ejusdem quantitatis reddantur. *l. 9. §. pen. P. Vsusfruct. quemadm. cav.*

23 Si pecuniæ vel aliarum rerum quæ usu consumuntur, ususfructus sit legatus, datis fidejussoribus cavendum est, & cautio omissa durante usufructu condici potest incerti condictione. *l. 5. §. 1 P. h. t.* De substantia nec quasi nec veri ususfructu cautio est, hæres eam remittere potest fructuario testator neutiquam. *l. 1. C. de Vsufr. l. pen. C. Vt i. possess. legat.*

DE SERVITVT.

24, Distinguuntur prædia urbana à rusticis no loco, sed usu, materia & prædii genere. *l. 166.* c *l. 198. P. de V. S.* In hoc quoque differunt jura præ diorum urbanorum & rusticorum, quod hæc op pignorationem recipiant, illa non item. *l. 11. fin. & l. seq. P. de Pignor.* An utrobique requiritu prædiorum vicinitas? Affirmativa sententia no est perpetuò vera, *l. 6. P. Commun. præd.*

25. Non constituuntur actu servitutes reales ne prædiis. *l. 1. §. 1. P. Commun. præd.* neq; ex tem pore, neque ad tempus, neque sub conditione. *4. P. de Servit.* neque valet constitutio, si servit non adferat prædio dominanti utilitatem. *l. 15.* *pr. P. eod.* unde ut spatiari voluptatis gratia in ali no liceat, servitus constitui nequit. *l. 8. P. d. t.* jus spatiandi in alieno est servitus personæ? Ne *arg. l. 1. D. de Servit.*

26, Servitutum non est vera possessio, ideo ad ervitutes prædiorum, neque interdictum uti posidetis, neque unde vi, pertinet. *arg. l. 1. §. 1. P. e Vi & vi arm. l. 1. §. 1. P. Vti possid.* Neque usuapiuntur. *l. 14. P. de Servit.* Quia tamen earum st quasi possessio, ideo ad exemplum rerum imnobilium acquiruntur præscriptione decennii aut icennii. *l. 2. C. eod.* In quo præscriptionis genere ion est necesse doceri de jure, quo servitus est contituta, adeoque titulus non desideratur. *l. 10. P. Si erv. vind.* Neque domini scientia opus est. *l. fin. n fin. C. de Long. temp. præscript.* Explodendi hic unt *Dd.* aliqui, qui circa hanc præscriptionis materiam excogitarunt distinctionem servitutum in Continuas, quæ continuam, & perpetuam causam habent, ut jus tigni immittendi, stillicidii avertendi, & Discontinuas, quæ nec actu nec potentia semper sunt in usu, sed factum hominis exigunt; Effectum istius distinctionis hunc tradunt, quod servitutibus continuis præscribatur longo tempore. *d. l. fin. C. de Long. temp. præscript.* discontinuis verò non nisi tempore, cujus origo memoriam hominis excessit, propter *l. 3. §. 4. P. de Aq. quotid. & æst.* Distinctionem, ejusque effectum juri adversari asserimus.

27. Aquæ ductus neque ex lacu, neque ex stagno concedi potest, quia omnes servitutes prędiorum perpetuas causas habere debent. *l. 28. P. de S. V. P.*

28. Licet jure naturalis libertatis usque ad cœlum ædes altius extollere. *l. 8. C. de Servit.* Imò jus altius tollendi est servitus. *§. 2. Inst. de Act.* & urbana. *l. 2. P. de S. P. V.* Imò rustica. *l. 2. D. de S. R. P.* Nulla est contradictio.

29. Sunt distinctæ servitutes, altius non tollendi, non officiendi luminibus, & luminum. *l. 12. 15. & 17. P. de S. P. V.* Quod si servitus, Ne officiatur luminibus, simpliciter sit constituta, intelligitur, non tantum de presentibus, sed & futuris luminibus cautum. *l. 22. & seq. P. eod.*

30. Luminum servitute constituta id acquisitum videtur, ut vicinus lumina nostra excipiat. *l. 4. P. de S. P. V.* An, ut liceat domino aperto pariete fenestras in eo habere, opus est servitute luminum? Nequaquam. In suo hactenus facere licet, quatenus nihil immittitur in alienum. *l. 8. §. 5. P. Si servit. vindic.*

31. Servitutem constituit verus dominus. *l. 1. §. 1. P. Commun. præd.* Imò & emphyteuta predio emphyteutico (cujus dominus non est. *l. 1. P. Si ag. vectig.*) servitutem imponere potest: Eadem est ratio superficiarii & vasalli. *arg. l. 1. §. fin. P. de Superfic. c. un. in fin. pr. de Investitur. de re alien. fact.* quæ tamen constitutio non præjudicat domino principali, & obtinet hic regula vulgata, resoluto jure dantis, resolvitur quoque jus accipientis, *arg. l. 31. P. de Pignor.* Sed dominus nudæ proprieta-

tis

is, ut maximè fructuarius consentiat, servitutem imponere nequit. *l. 15. §. fin. P. de Usufr.*

32. Servitutes prędiorum amittuntur variis modis, veluti confusione, *l. 1. P. Servit. quemadmod. amitt.* non utendo per modum & tempus decennii inter præsentes, 20. annorum inter absentes. *l. fin. C. de Servitut.* Verum hic sunt distinguendæ servitutes rusticę ab urbanis, illæ amittuntur regulariter solo non usu, hæ non pereunt simpliciter non utendo, sed si vicinus libertatem usucapiat. *l. 6. P. de S. U. P.* Interitu etiam totali amittitur servitus, quò non pertinet inundatio. *l. 14. P. Servit. quemadmod. amitt.* Neque servitus, si solo inhęreat, sublatâ superficie, amittitur. *l. 20. §. 2. P. de S. U. P. l. 13. P. de S. R. P.*

33. Pro servitutibus sunt comparatæ duę actiones, Confessoria & Negatoria; *tot. tit. D. Si serv. vindic.* An pro asserenda & defendenda jurisdictione actio confessoria competit? Ajunt plerique, ego hoc in jure non reperio. An unus casus, quo qui possidet, actoris partes obtinet, extat in actione negatoria? Nequaquam, non enim est ille casus investigandus in controversiis rerum incorporalium, sed corporalium. *§. 2. Inst. de Action.*

AD LEG. AQUIL.

34. Si pecus in alieno instigatu alterius depascat glandes sive fructus, cessante in dominum quadru-
pedis

pedis de pauperie noxali actione, tenetur instigator actione l. Aquiliæ. *l. ult. C. h. t.* An pecus alienum agrum depascens includi potest jure pignoris donec satisfaciat dominus? Nequaquam. *l. 39. §. 1. P. eod. l. 14. §. fin. P. de Præscript. verb.* Atqui retinere licet res inanimatas. *l. 9. §. 2. & 3. P. Damn. infect. l. 8. P. de Incend. ruin. naufrag,* & hominem. *l 25. P. Ad l. Jul. de adult.* Non pugnant.

35. Qui latronem insidiatorem occidit, non tenetur l. Aquilia, vim enim vi defendere omnes leges, omniaq; jura permittunt, *l. 45. §. 4. P. Ad l Aquil.* sed injuriam verbis illatam convicio propulsare non licet, *arg. l. pen. D. Ad Iul. de vi & vi arm.* Neq; ad defendendam famam, aut solam rerum possessionem homo vulnerari aut occidi debet, *arg. l. 3. P. de Iustit. & jur. junct. l. 52. §. 1. D. Ad l. Aquil.* An ad defendendam pudicitiam adolescentis vel virginis? Affirm, *arg. l. 8. §. 2. D. Quod met. caus.* An in periculo vitæ constitutus fugere tenetur? Neg. *§. 2. Inst. h. t.*

36. Si servus lethaliter vulneratus, post ab alio sit occisus, uterque de occiso tenetur. *l. 51. in pr. D. Ad l. Aquil.* Si plures servum percusserint, nec appareat, cujus ictu perierit, omnes quasi occiderint, tenentur. *l. 11. §. 2. P. eod.* An ergo, si it homo in rixa sit occisus, omnes sunt plectendi pœna capitali, an potius autor rixæ eligendus est. Neutrum probamus.

37. Si servus, vel animal occidatur, non æstimantur affectiones, sed peremptum corpus; pre- ... funguntur communiter, non ex affectione, nec ... ngulorum utilitate. *l 33. P. Ad l. Aquil.* An si li- ... r homo occisus sit, heredes ejus utili actione l. ... quiliæ experiri possunt? Affirm. *arg. l. 7. in pr.* ... *§. 4 l. 13. P. eod.* Neq; legis Aquiliæ actione præ- ... dicium fieri debet legi Corneliæ. *l. 23. §. 9. P. d. t.*

38. Si fune rupto aut cum à nullo regeretur, ... avis in meam incurrerit, nec dominus navis te- ... etur, nec nauta, si nulla culpa inveniatur. *l. 29.* ... *1. D. Ad l. Aquil.* Si servorum negligentia in- ... endium exortum sit, eorum culpam dominus ... ræstare debet *l. 27. §. 9. D. eod.*

DE HIS QVI EFFVDER. VEL DEIEC.

39. *Actio* in factum de dejectis & effusis, datur ... n eum qui inhabitat, cum dejiceretur, vel effun- ... eretur, non in dominum ædium. *l. 1. §. 4. D. de* ... *his qui effud. vel dejec.* Hospes quoque non tene- ... ur. *d. l. 1. §. 9.* An Studiosus si ex ejus cubiculo ... ejectum vel effusum sit, eadem actione tenetur? ... Neg. Conveniendus est inhabitator.

DE NOXAL ACTION.

40. Actione noxali obligatur dominus ex deli- ... to servi, ut aut æstimationem damni dati resarci- ... it, aut servum noxę dedat. *l. 1. D. de Noxal. action.* ... Æstimatio damni est in obligatione, & in petitione, facultas

facultas noxę dedendi datur lege, estque in, solu tione. *l. 6. §. 1. D. de Re jud.* An actio noxalis etjam datur contra bonę fidei possessorem? Affirm *l. 13. 27. & seq. D. de Noxal. action.* Sed qui fœnori accepit, vel precario rogavit, ut sibi possider liceat, non tenetur noxali actione, nam quamvi uterq; justè possideat, non tamen opinione domin possidet. *l. 22. §. 1. P. h. t* quibus posterioribus verbi possessionem naturalem denotari asserimus. Quo si tamen sciente domino servus occiderit, dominu in solidum tenetur. *l. 2 P. eod.* Verùm si detra ctâ noxæ deditione quasi cum conscio domino a gatur, qui non erat conscius, pendente judicio li centia actori conceditur transire ad noxalem cau sam.

FINIUM REGUNDOR.

41. Actio finium regundorum est in personam. *1. P. h. t.* stricti juris. *arg. §. 28. cũ §. 31. Inst. de Actio* Actiones quoq; familię erciscundę, communi divi dundo sunt in personam, non mixtæ, *l. 1. §. 1. C de Annal. except.* sed bonę fidei. *d. §. 28.*

42. Actio finium regundorum soli domino pro prietatis non datur. *l. 4. §. 9. D. Fin. reg.* Per fin intelligitur spatium quinque pedum, quod ad ci cumducendum aratrum inter confines agros lib rum relinqui debet, *arg. l. pen. C. eod.* An acti finium regundorum 30. annorum prescriptione tollitur? Affirm. *d. l. 1. §. 1. l. ult. C. fin. reg.* quen admodu

modum cuilibet actioni in personam eodem mporis spatio præscribitur. *l. 3. C. de Præscript.* . *vel 40. ann.*

DISPVTATIO SEXTA.

RESPONDENTE

WILHELMO CRAEYVANGER, *Arenaco-Gelro.*

FAMIL. ERCISCVNDÆ.

APHORISMUS I.

Actio Familiæ erciscundæ datur coheredibus volentibus discedere â communione bonorum hereditariorum. *l. 1. P. h. t.* ipsa heretas non dividitur, quia jus est per se individuum. .. *P. de R. D.* Nec in hoc judicium veniunt nomina. *l. 2. §. fin. P. h. t.* quæ ipso jure & l. 12. tabb. ter coheredes ab adita, statim hereditate sunt disa. *l. 25. §. 1. P. & l. 6. C. eod.* An qui experitr actione familiæ erciscundæ confitetur adversam sibi esse coheredem? Negat Scævola in *l. 37. h. t.*

2. Expilatæ hereditatis crimen frustra cohereintenditur, cum judicio familiæ erciscundæ inmnitati ejus prospiciatur, verba sunt *l. 3. C. h. t.* eque concurrit actio familiæ erciscundæ cum

 crimine

crimine expilatę hereditatis. *l. 3. C. Fam. erciſc*
junct. l. 1. C. de Crim. expil. her. neque ex eaden
cauſa concurrunt actio familię erciſcundæ,& actic
negotiorum geſtorum.

3. Judicium familię erciſcundę amplius quan
ſemel intentari non poteſt , niſi cauſa cognita, & ſ
quædam res indiviſę ſunt relictę , agetur commun
dividundo. *l. 20. §. 4. D. Fam. erciſcund.* petiti
hereditatis ſæpius intentari poteſt. *l. 10. P. de Petit*
hered. Non tantum autem per judicem fit diviſic
ſed & privatâ coheredum conventione ſine judic
bona hereditaria dividi poſſunt, quam diviſioner
valere notiſſimi juris eſt. *l. 3. & 8. C. Commu*
utr. jud. quicquid contradicat Ant. Faber. Jm
ſoli parentes bona inter liberos dividere poſſun
etiam nudâ epiſtola. *l. fin. C. h. t.* An ſi pater int
liberos bona diviſerit, quędam autem reliquer
indiviſa, illa æqualiter inter liberos ſunt dividend
Affirm. *l. 11. & 21. C. Fam. erciſc.* Neque filii,
qui ſuis laboribus & opera rem patris auxit, p
operis præcipuum aliquid obtinebit, *arg. §. 1. In*
Per quas perſon. nob. acq. An inter fratres ita facie-
da eſt diviſio , ut major eligat , minor divid
Non reperio hoc in jure.

4. Diviſio hereditatis retractatur, ſi læſio dim-
diam juſtæ portionis egrediatur. *l. 39. P. h. t.* n
ſi læſio ſit infra dimidiam juſtæ portionis parti læ
ſuccurritur? Majoribus, ajunt Impp. in *l. 3. C. Co-*

mun. utr. jud. per fraudem vel dolum vel perpe-
am sine judicio factis divisionibus, solet subveniri,
uia in judiciis bonæ fidei, quod inæqualiter fa-
tum esse constiterit, in melius reformabitur. Lex
xplicatione indiget, & ratio subjecta in publico
onflictu restrictionem requirit.

COMMVN. DIVIDVND.

5. In communione nemo invitus compellitur etineri. *l. ult. C. Commun. divid.* & si convene-t ne omnino fiat divisio, pactum nullas vires ha-et. *l. 14. §. 2. D. eod.* Quare licet coheredes aut ocii & reliqui consortes annos 30. steterint in ommunione hereditatis aut rei singularis, ad di-isionem nihilominus provocare licebit. *arg. dd. ext.* An testator testamento prohibere potest, ne ividantur bona hereditaria? Neg. sicut nulla so-ietatis in æternum coitio est. *l. 70. P. Pro soc.*

AD EXHIBENDVM.

6. Actio ad exhibendum non est in rem sed per-onalis. *l. 3. §. 3. P. h. t.* in personam. *§. 31. Inst. de ction.* in rem scripta, arbitraria, ubi quandoq; in-erveniunt duę sententię, una interlocutoria, & al-era definitiva. *§. 3. Inst. de Offic. judic.* An, quia maxi-nè propter vindicationes inducta est. *l. 1. D. eod.* ne-essario, tanquam judicium præparatorium debet rædecedere rei vindicationem? Non omninò *l. 3.*

§. 6. & 12. d. t. An qui rem reddit deterioratam, aut corruptam tenetur ad exhibendum? Neg. *l. 17. P. & l. 7. C. h. t.*

DE SERV. CORRVPT.

7. Ob filiumf. corruptum datur patri actio servì corrupti utilis, quoniam intereſt noſtra animum liberorum noſtrorum non corrumpi. *l. 14. §. 1. D. h. t.* atque propter eandem rationem actio servi corrupti utilis marito ob uxorem corruptam concedi ſolet. An & hanc actionem habet Studioſus corruptus contra corruptores? Affirmativa ſententia nunc propugnabitur. *arg. d. l. 14. §. 1.*

DE ALEATORIB.

8. Vetat SCtum *in* pecuniam ludere, præter quam ſi quis certet haſtâ, vel pilo jaciendo, vel currendo, ſaliendo, luctando, pugnando, quod virtutis cauſa fiat. *l. 2. §. 1. D. de Aleat.* quos luſu permiſſos Imper. ad quinque genera retulit in *l. 1 & 2. C. h. t. ad* μονόβολον, ſaltum ſine conto, ſe ſaltum ſingularem, κοντομονόβολον, ſaltum cont ſuffultum, κύνταvoν κόντακα χωρὶς τῆς πόρπης jaculationem haſtæ, pili vel conti ſine cuſpide, πε ςιχυτὴν collutationem, & denique ἱππικὴν, quorum curſum, cum quibus nihil commune habet uſus latrunculorum, quos Scacos vulgus vocat, eumque luſum legibus noſtris permiſſum no eſ

esse judicamus. An amissa per lusum illicitum tanquam ex turpi causa data condici possunt? Nequaquam, *arg. l. 3. P. de Condict. ob turp. caus.* An sponsiones vulgares, quæ fiunt in eventum incertum, veluti cum depositis nummis itur Romam ea lege, ut reverso deposita quantitas cum altero tanto restituatur, sunt validæ, & actionem efficacem producunt? Affirmant plerique. Nos pro exercitio id negamus, *arg. l. 3. P. h. t. l. 17. §. fin. P. de Præscript. verb.*

DE RELIGIOS. & SVMPT. FVNER.

9. Locus religiosus est, ubi corpus humatum est. *l. 2. §. 5. P. h. t. §. 8. Inst. de R. D. & A. R. D.* Cum in diversis locis corpus sepultum est, is locus erit religiosus, ubi corpus conditum est. *l. 44. P. h. t.* locus ita fit religiosus, si dominus inferat, secus est in extraneo, imò ne quidem socio licet inferre mortuum in locum purum communem, & si extraneum intulerit, tenetur actione familiæ erciscundæ, vel communi dividundo. *l. 2. §. 1. in fin. P. de Religios.* imò pro socio. *l. 39. P. pro soc.* in factum *l. 6. §. 6. P. Commun. divid.* Nulla est contrarietas. An κενοτάφιον locus est religiosus? Negant Divi Fratres in *l. 7. §. fin. P. de R. D. l. 6. §. fin. P. h. t.*

10. Qui propter funus aliquid impendit, cum defuncto contrahere creditur. *l. 1. P. h. t.* & habet

actionem funerariam quasi negotiorum gestorum; *l. 14. §. 9. 11. & 13. in fin. P. eod.* quæ actio est bonæ fidei, &, quia ratio summa est, quæ facit pro religione, ex sententia Papin. in *l. 43. P. h. t.* privilegiata, nam impensa funeris omne creditum solet precedere, cum bona, solvendo non sint. *l. pen. P. eod.* An qui in funus impendit prefertur creditoribus tam hypothecariis quam chirographariis? Aio *arg. d. l. 14. §. 1. l. fin. §. 9. C. de Jur. delib. l. 17. P. de R. A. I. P.*

DE MUTUO.

11. Mutuum ex eo dictum est, quod fiat de meo tuum, & ideo si de meo non fiat tuum, non nascitur obligatio. *l. 2. §. 2. P. de R. C. princ. Inst. Quib. mod. re contrah. oblig.* qua ratione manifestum errorem commisit, qui vi mutui rem alienari, seu dominium transferri negavit, vid. *l. 16. P. de R. C. §. fin. Inst. Quib. alien. lic.*

12. Mutuum describitur contractus, quo res, quæ pondere, numero, mensura consistunt, dantur ea lege, non ut eædem in specie, sed aliæ ejusdem generis, naturæ & qualitatis reddantur, *arg. l. 2. in pr. §. 1. & 3. l. 3. P. de R. C. pr. Inst. Quib. mod. re contrah. oblig.* & perficitur rei datione, i. e. numeratione. *d. pr. l. 9. §. 4. P. de R. C.* Aliquando tamen absque reali pecuniæ numeratione jure singulari mutuum contrahitur, uti si inter domi-

num

um & procuratorem convenerit, ut pecunia quã ccepit ex causa mandati sit credita. *l. 15. P. eod.* ui contradicere videtur Africanus in *l. 34. P. Man- at.* Conciliatio est difficilis. Atque eodem modo nutuum esse intelligitur, si massa auri vel argenti endenda data sit, ut pretio inde redacto uti iceat. *l. 11. P. de R. C.* Licet autem mutuum ei datione perficiatur, non tamen causam ha- bet, non enim dantur res fungibiles, ut res liæ & diversi generis, sed eædem reddantur, & si *l. 7. §. 1. 2. & 4. P. de Pact.* penitius examinetur, constabit in nullo contractu nominato talem cau- sam inveniri, de qua agit *d. l. 7.*

13. Mutuum distinguunt *Dd.* plerique in ve- rum & naturale, quando, ut dixi, pecunia realiter debitori numeratur, & præsumptum, si quis spe futuræ numerationis in chirographo confiteatur, se accepisse pecuniam, quam non accepit: Distinctio- nem hanc, nî de verbis contendatur, docendi gra- tia, toleramus, nam licet pecunia non sit verè nu- merata, creditor tamen eam numeratam conten- dit, sed si ante biennium experiatur, ei objicitur exceptio non numeratæ pecuniæ, & probare com- pellitur, pecuniam numeratam esse, quo non im- pleto absolutio sequitur. *l. 3. C. de Non num. pec.* Cæ- terùm transacto biennio præsumptio numerationis auctoritate legis ita confirmatur, ut omninò solvere cogatur, neque audiendus sit, licet deferre velit jus-

jurandum, aut probare, pecuniam sibi non esse numeratam. An qui promisit se mutuam pecuniam daturum actione conveniri potest, ut mutuum det? Affirm. si stipulanti promiserit, secus est, si pactum nudum intervenerit, quod non parit actionem. *l. 27. C. Locat.* Sed intra biennium condictione tenetur, si citra numerationem chirographum acceperit. *l. 7. C. de Non num. pecun. l. 14. in pr. §. 2. & 3. C. eod.*

14. Mutuum dant rerum domini, qui liberam bonorum suorum administrationem habent. *l. 2. §. 4. P. de R. C.* excipiuntur Provinciarum præsides, & qui circa eos sunt, qui negotiari, mutuamve pecuniam dare, aut fœnus exercere non debent. *l. 33. P. eod.* Sed iidem pecuniam mutuam sumere non prohibentur. *l. 34. §. 1. P. eod.* Neque hoc est correctum per *l. pen. C. Si cert. pet.* Civitas quoq; ex mutui datione obligatur. *l. 27. D. d. t.* Sed executio dirigetur in bona civitatis non singulorum, *arg. l. 6. §. 1. P. de R. D.* Cæterum non aliter obligatur civitas, quam si creditor probaverit, pecuniam esse versam in rem civitatis, alioquin ipsi soli qui contraxerunt, tenebuntur. *d. l. 27.* Diversum servatur in actione exercitoria, ubi creditor agit utiliter, si cum pecunia crederetur, navis in ea causa fuisset, ut refici deberet. *l. fin. circ. princ. P. de Exercit. act.*

15. Non contrahitur obligatio re, nisi quatenus

us datum est. *l. 17. in pr. D. de Pact.* unde, si quis ecem mutuo dederit eâ lege ut undecim reddantr, amplius quam decem non condicentur. *l. 11. 1. D. de R. C.* Nummus undecimus non petetur nquam usura, *arg. l. 3. C. de Usur.* An ad nummum undecimum ex præsumpta donatione debir tenetur? Nequaquam.

16. Ex mutuo nascitur condictio certi. *pr. Inst. uib. mod. re contr. oblig.* non propria ac specialis contractu mutui condictio, sed generalis, quæ omni contractu atque obligatione oritur. *l. 9. . de R. C.* Petitur autem hac condictione totum, olutio per partes invito creditori obtrudi nequit, rg. *l. 41. §. 1. D. de Usur.*

17. Aliud pro alio invito creditori solvi nequit. *2. §. 1. D. de R. C.* licet creditor pro nummis arenteis aureos recipere teneatur, quando damnum assurus non sit. *l. 99. D. de Solut.* Et si valor nummorum creverit, vel decreverit, debitor tot corpora restituendo, quot accepit, liberatur.

18. Vinum quod mutuum datum erat, per juicem petitum est, quia forte ejusdem bonitatis vium reddi non potuit, judex condemnabit debitoem in æstimationem, cujus ratio habenda est à empore litis contestatæ. *l. 22. D. de R. C.* Verum n bonæ fidei judiciis spectari solet tempus rei juicatæ. *l. 3. §. 2. D. Commod.* quæ sententia non estituitur suis difficultatibus.

DE JVREIVRAND.

19. Jusjurandum describimus Voluntarium quod defert pars parti in judicio vel extra judicium, ex conventione utriusque partis vel voluntat unius. Necessarium, quod pars cui delatum est refert deferenti. Judiciale, quod defert judex i dubiis causis, *arg. l.* 1. 2. 3. 17. 25. 26. *§. fin. l.* 31 *P. h. t. l.* 8. *&* 9. C. *de* R. C.

20. Jusjurandum defert, qui litis decidendæ v remittendæ auctoritatem habet, seu dominus, c jus rerum administrandarum competit. *l.* 17. *1.* P. *h. t.* vel qui domini loco habetur, quo modo Jusjurandum à tutore delatum ratum habe debet. *d. l.* 17. §. 2. modo deficiant probation aliæ. *l.* 35. P. *eod.* Et si ei reus jusjurandum ret lerit, ex relatione quoque jurare compellitur, *ar l.* 4. P. *de In lit. jur. & l.* 37. P. *h. t.*

21. Defensor municipum vel cujusvis corpo jusjurandum deferre potest, si super hoc mand tum habeat. *l.* 34. §. 1. P. *h. t.* Procurator etia quod detulit, ratum habendum est, si ei univers rum bonorum administratio permissa, aut si id n minatim mandatum, aut si in rem suam procur tor datus sit. *d. l.* 17. §. *fin.* sed procurator jura non compellitur. *d. l.* 34. §. 3. cum iniquum de alieno facto aliquem jurare, verba sunt JC. in 11. §. 2. P. *Rer. amot.* Jusjurandum tamen vel d fensoris vel procuratoris ei ab adversario delatu

prod

...deſt, atque principali domino actionem & exceptionem parit. *l. 9. §. pen. P. h. t.*

..2. Qui defert jusjurandum non aliter audie..., quam ſi ipſe prior de calumnia juraverit, ſe ... calumniandi animo, nec vexandi adverſarium ...ſa jurisjurandi conditionem deferre. *l. 34. §. 4. P. de Jurejur.* Hoc jusjurandum de calumnia pa...tibus atque patronis remittitur. *l. 7. §. 3. P. de ...eq. par. & patr. præſt.*

..3. Defertur jusjurandum ab actore, etiamſi ... nihil probaverit. *d. l. 34. §. 6. & l. 38. P. de ...ejur. l. 9. C. de R. C.* Sed jusjurandum judicia...non niſi in dubiis cauſis â judice defertur. *l. 31. P. de Jurejur.* An cauſa eſt dubia, ſi ſit probatum ... teſtem unum, omni exceptione majorem? Ne...quam; unius teſtis teſtimonium audiri non de..., etiamſi præclarę Curiæ honore præfulgeat. ... *§. 1. C. de Teſtib.*

..4. Defert jusjurandum pars parti in quacunq; ...one & cauſa. *l. 3. §. 1. P. de Jurejur.* licet ex de...o agatur. *l. 13. §. 2. l. 28. §. 5. 6. 7. P. eod.* et... in cauſis matrimonialibus; nec intereſt jusju...dum ſit voluntarium, an judiciale. *arg. d. l. 31.*

..25. Si jusjurandum delatum ſit præſtitum, & ...undum id qui detulit condemnatus, provoca...ni nullus locus relinquitur. *l. 12. §. 1. & 2. C. ...R. C.* An ſi jusjurandum relatum ſit præſtitum, ...ovocationis remedium locum habet? Neg. *arg. ... 12. §. 2. & 3.*

26.

26. Defert judex jusjurandum judiciale, etia[m] si non sit rogatus; Deferet autem in pari causa n[on] actori, sed reo, cujus partes favorabiliores esse do-cet generale axioma. *l.* 125. *D. de* R. I. Neque ad-mittit puerilem distinctionem inter causas civi[les] & criminales, add. *l.* 47. *D. de* O. & *A.*

27. Causa jurejurando voluntario ac necessa-rio decisa prætextu perjurii vel instrumentoru[m] postea repertorum retractari nequit, secus est in ju-rejurando judiciali. *l.* 31. *D. de Jurejur.* *l.* 1. *C. de* R. C.

28. Si jusjurandum judiciale sit impositum, n[on] tam jurisjurandi quam judicati actio oritur, d[um] jusjurandum voluntarium ac necessarium produ[cit] novam in factum actionem. *l.* 8. *C. de* R. C. [in] quam non amplius quæritur, an debeatur, sed a[n] juratum sit. *l.* 5. §. 2. *D. de Jurejur.* An ideo prior ex contractu actio penitus est sublata? Non videtu[r].

29. Si reus juraverit, nemine ei jusjurandu[m] deferente, prætor id non tuebitur, neque action[em] pariet. *l.* 3. *in pr. D. eod.* Jusjurandum igitur prom-sorium, *juro me tibi daturum decem*, non parit actio-nem. *arg. l.* 13. *in pr. D. de Accept.*

DE IN LIT. IVRAND.

30. Jusjurandum in litem, quod defertur act[ori] propter contumaciam nolentis rem exhibere e[t] restituere, locum habet in actionibus in rem & in

exhibendũ & in judiciis bonę fidei. *l. 5. P. h. t.* in quibus arbitrio judicis quid exhiberi vel restitui debet. *l. 2. P. h. t.* non ubi agitur de re tradenda, veluti emptione-venditione. *l. 11. §. 2. P. & l. 4. C. de A. E.* Licet autem actori jurare usq; in infinitum, quantum æstimet. *l. 68. P. de R. V.* Neque si juratum fuerit, licet judici absolvere vel minoris condemnare. *l. 5. §. 2. P. h. t.* An retinenda est distinctio jusjurandi in litem, quod aliud sit affectionis, aliud veritatis? Nihil minus, *arg. d. l. 68. l. 8. P. h.* An etiam ob latam culpam jusjurandum in litem defertur? Affirm. *l. 2. C. eod.*

DE CONDICTION. OB CAUS. DAT.

31. Condictio ob causam dati causa non secuta oritur ex contractu innominato, non nominato, in quo regulariter pœnitentiæ non datur locus. *l. 14. P. de Rescind. vend. l. 6. C. de A. E.* In contractibus verò innominatis licet pœnitere. *l. 3, §. 2. l. 5. in princ. & §. 1. P. h. t.* Rationem hanc reddit Duarenus, quod qui dat aut facit, non sit obligatus ei qui dat aut facit, seu, ut loquuntur vulgariter, quod hoc sit condonandum imbecillitati contractuum innominatorum. Disquiritur, si causa, ob quam datum est, non culpa accipientis, sed casu fortuito non sit secuta, an quod datum est, istâ condictione repetatur? Affirm. *l. ult. P. eod. l. 15. §. 6. P. Loc.* Negari id videtur in *l. 3. in fin. l. 5. P. & l. pen. C. h. t.*

h. t. l. 5. §. 1. vers. Sed si scyphos. P. de Præscript. verb. ubi rē dedi ut Stichum dares, Stichus mortuus est antequam dares, rem quam dedi repetere non possum. Conciliatio in publico conflictu erit perspicua. Ubi tamen datur ob causam, causa exprimenda est, propositum in mente retentum nihil operatur. *l. 7. C. h. t.* Neque ideò, quod insit tacita conditio si liberi supervenerint, donatio facta ab eo qui liberos non habet, propter liberorum supervenientiam infirmabitur. *arg. l. 7. C. de Revoc. donat.* Quod si causa ob quam datum est, sit impossibilis, & sciat, qui dedit, quod dedit condicere nequit. *l. 6. cum l. 8. C. h. t.*

32. Dedi pecuniam, ut mihi Stichum dares non est emptio. *d. l. ult.* An quia ibi agitur de dominio transferendo propter *l. 75. §. fin. P. de V. O.* in emptione verò de re tradenda? Ratio differentiæ stolida, *arg. l. pen. §. ult. P. de Contrah. empt.* Et quando rem do ut rem accipiam, est contractus innominatus, idem cum permutatione *d. l. 5. §. 1. P. de Præscript. verb.*

DE CONDICT. OB TVRP. CAVS.

33. Dedi judici pecuniam, ut secundum me in bona causa pronuntiaret, an condictioni ob turpem causam locus? Neg. quia hîc est utriusque turpitudo, crimen enim contrahit etiam qui in bona causa dat. *l. 2. §. fin. P. h. t l. 1. C. de Pœn. judic. qui mal. jud.* ubi autem est turpitudo à parte dantis & accipientis, cessat condictio ob turpem causam. *l. 3. P. eod.*

34. Turpiter quidem facit mulier quod ſit meretrix, non tamen turpiter accipit, cum ſit meretrix *l. 4. §. 3. P. h. t.* Ratio eſt ſuavis & ridicula: Nec pro conjunctione inhoneſta, mulier, quod promiſſum eſt, exigere poteſt, *arg. l. 12. §. 1. D. de Furt.* promiſſio quę eſt contra bonos mores, ipſo jure nulla. *l. 26. D. de V. O.* Quando autem meretrici affectionis cauſa donatum eſt, donatio valet. *l. 5. P. de Donat.* & mulieri non tantum retentio rei donatæ traditę conceditur, ſed & actio vel ex ſtipulatu, vel condictio ex lege, quâ rem donatam promiſſam exigat.

DE CONDICTION. INDEBIT.

35. Quod per errorem tanquam debitum ſolutum eſt, cum non deberetur, ejus dominium in accipientem tranſit, ideoque ad id repetendum datur condictio indebiti, quæ non ex vero, ſed ex quaſi contractu promanat. *l. 5. §. 3. D. de O. & A.* Quid ſi ita ſolvatur, ut, ſi appareat eſſe indebitum, reddatur, an efficietur verus contractus? Hoc non invenio, non obſtante *l. 2. §. 1. P. h. t.*

36. Indebitum eſt non tantum quod omninò non debetur, ſed etiam ſi id quod debetur ſolvatur ei, cui debetur, ab eo tamen qui non debet. *l. 19. §. 1. l. 65. §. ult. P. de Condict. indeb.*

37. Qui obligatus eſt ad remunerandum ſi ſolvat per errorem, ex ſententia communi condictionem

nem habet, licet alias naturaliter obligatus solutum repetere nequeat. *l. 29. P. eod.* Debitor quoque in diem adeò debitor est, ut ante diem solutum non repetat. *l. 10. P. d. t.* Sed repetitio datur ei, qui tutus exceptione perpetua solvit. *l. 26. §. P. de Condict. indeb,* Neque in exceptione doli ac rei judicatę diversum statuo. *l. 7. P. de Condict. cau. dat.* Cæterum ut detur locus repetitioni, exigitur error facti, error juris non semper prodest.

38. Usuras usurarum exigere non licet. *l. 2. C. Ex quib. caus. irrog. infam.* supra duplum etiam usurę nec in stipulatum deduci nec exigi possunt, & solutæ repetuntur condictione indebiti. *d. l. 2 §. 1.* In duplum imputantur hodie etiam solutiones particulares & per diversa tempora solutę. *No. 121. c. 1. & 2.* abrogatâ. *l. 10. C. de Usur.*

29. Si debeantur duæ res alternativè, & res utraque solvatur, debitori electio repetendi quam velit conceditur. *l. penult. C. de Condict. indeb.*

DE CONDICT. SINE CAUS.

40. Condictio sine causa; licet cum cæteris condictionibus concurrat, supervacanea tamen non est, atque interdum necessaria. *l. 7. C. de Non numer. pecun.*

DE CONDICT. FURTIV.

41. Condictio furtiva datur soli domino adversus furem. *l. 1. P. h. t.* non eum cujus ope consili

[..]io furtum factum est. *l. 6. P. eod.* Et si res sit per[..]mpta id tempus spectabitur, quo res unquam fuit [..]urimi. *l. 8. §. 1. D. d. t.* Sed & bove surrepto ac [..]ciso, condictio & bovis, & corii & carnis domi[..] competit. *l. 14. §. 2. P. de Condict. furt.*

42. Condictio furtiva, quia habet rei perse[..]tionem, heredem quoque furis obligat. *l. 7. §. 1. [..] eod.* atque hic non tenetur pro parte, quæ per[..]enit, sed in solidum, dum solus heres est. *l. 9. P. eod.*

DISPVTATIO SEPTIMA.

RESPONDENTE

STEPHANO WILBRENNINCK *Arenaco-Gelro.*

De

CONDICTION. EX LEGE.

APHORISMUS I.

Condictio ex lege est actio in personam, quæ datur ex obligatione novâ lege introducta, ubi cautum non est, quo genere actionis experiundum sit. *l. un. P. de Condict. ex l.* Ita hodie res donata nuda conventione petitur condictione ex lege 35. §. 5. *C. de Donat.* non actione præscriptis verbis: Donatio talis perperam contractibus adnumeratur.

DE CONDICT. TRITIC.

2. Condictio triticaria non absurdè dicitur acti arbitraria, quatenus res deperdita arbitrio judic æstimatur atque in ea reducitur æstimatio ad tem pus moræ. *l. pen. P. de Condict. tritic.*

DE EO QVOD CERT. LOC.

3. Qui certo loco se daturum vel soluturum st pulanti promisit, in alio loco conveniri nequ actione ex stipulatu, sed opus est actione de e quod certo loco, qua fiat commemoratio loci ist us, quo solvi debuit. *l. 1. P. de Eo quod cert. loc.* § *33. Inst. de Action.* An hæc actio intentari pote ubivis locorum, & ubicunque stipulator in pro missorem inciderit? Non videtur. *arg. l. 19. §. ul P. de Judic.*

4. Distinguuntur actiones arbitrariæ ab action bus stricti juris. *l. 3. §. 1. D. de Vsur. l. 5. in pr. c §. ult. l. 6. P. de Inlit. jur.* An quia actiones, qu per se sunt stricti juris, ex accidenti fiunt arbitraria Ita judicat vulgus. Pessimè. Excipitur enim sol actio de eo quod certo loco, ubi actio ex stipulat si alio loco instituatur, novam qualitatem induit atque in æstimando eo quod interest, etiam rati haberi potest lucri interversi. *l. 13. P. Rem rat. ha* Cæterum in hac actione arbitraria de eo quod cer to loco tempus non consideratur, non tempor sed loci adjectio facit actionem arbitrariam. *d. l. P. h. t.*

5. Qu

Qui centum Capuæ dari ſtipulatus fidejuſſorem accepit, pecunia ſimiliter à fidejuſſore, ut ab promiſſore, peti debebit, h. e. ut ſi alibi, quam Capuæ petatur, fidejuſſor eadem actione arbitraria conveniri debeat: Neque tamen propter moram debitoris obligatio fidejuſſoris augebitur, ut propterea, ſi ex contractu bonæ fidei debitum principale oriatur, fidejuſſor in uſuras conveniri poſſit, ſunt enim hic duæ obligationes diverſæ, una ſortis, altera uſurarum. *l. 8. P. de Eo quod cert. loc.* Fidejuſſio eſt ſtricti juris, neque extenditur de caſu in caſum; & unicuique mora ſua nocet, quod & in duobus reis promittendi obſervatur, verba ſunt *l. 17. §. pen. P. de R. J.* Si duo ſint rei promittendi, alterius mora alteri non nocet. *l. 32. §. pen. P. de Uſ.* Sed fidejuſſor in uſuras tenetur, ſi ita conventum ſit, vel ſi ſe in omnem cauſam obligaverit. *l. ... P. Locat. l. 10. C. de Fidejuſſor. l. 68. §. 1. P. eod.*

DE PECUN. CONSTITUT.

I. Conſtitutum eſt conventio, qua quis nudo pacto conſtituit ſe ſoluturum, quod ipſe vel alius debet, quo nomine prætor concedit actionem pecuniæ conſtitutæ, quod grave ſit fidem fallere. *l. 1. in pr. P. h. t.* An quia geminata pactio parit actionē? ... ſunt *Dd. commun.* Quos minimè laudo, & præfero hanc rationem, quod conſtitutum accedat obligationi præexiſtenti vel naturali, vel efficaci. *l. 1.*

§. 6. & 7. l. 29. P. h. t. Sed quod debetur m[illegible] jure civili non jure prætorio, frustra constituit[illegible] *l. 3. §. 1. P. eod.* An si quis sciens se nullo jure deb[illegible] constituat, obligatur? Affirm. *arg. l. 53. P. de R. J. ju[illegible] l. 35. §. 5. C. de Donat.* An valet constitutum, si ci[illegible] promittat, Titium pro se soluturum? Affirm. *l. 4[illegible] §. 2. P. h. t.* aliud est in stipulatione. *§. 3. Inst. de [illegible] util. stipulat.* Distinguitur ideo quoque fidejussi[illegible] constituto, quod fit inter præsentes & absentes, [illegible] nuntium vel per epistolam. *d. l. 14. §. fin.* Fidej[illegible]sio stipulatione perficitur. *l. 12. C. de Fidejus[illegible]* Et si quis centum aureos debens ducentos consti[illegible]at, in centum tantummodo tenetur. *l. 11. §. fin. h. t.* aliud est in fidejussore, qui, si se obligaveri[illegible] majorem summam quam debet reus principa[illegible], omninò non obligatur, h. e. obligatio in totum [illegible] inutilis. *l. 8. §. 7. P. de Fidejuss.* Imò pro exerci[illegible]tio non incommodè defenditur, obligationem [illegible]stineri pro quantitate concurrenti. An constitu[illegible]s habet beneficium ordinis? Affirm. *arg. Nov. 4[illegible]. 1.* An eidem competit beneficium cedendaru[illegible] actionum? Affirm. An post solutionem â se fact[illegible] constituens desiderare potest cessionem actionu[illegible]? Sententia affirmativa non improbatur legibus.

7. Qui constituit se satisfacturum, si fidejuss[illegible]rem vel pignora det, non tenetur, quia nihil inter[illegible] quomodo satisfaciat. *l. 21. §. fin. P. de Constit* [illegible] *cun.* Satisdatio verò requirit personas intervenie[illegible]tium ceu fidejussores. *l. 1. P. Qui satisd. cog. l. 7. [illegible] de Prætor. stipulat.*

COMMODATI VEL CONTRA.

8. In rebus commodatis talis diligentia præ- [st]anda est, qualem quisque diligentissimus paterf. [in] rebus suis adhibet. *l. 18. in pr. P. h. t.* culpa igi[tur] levissima etiam in commodato est prestanda, [qui]a in hoc contractu utilitas duntaxat vertitur [co]mmodatarii; creditor autem pignoratitius tan[tu]m tenetur de culpa levi. *l. 5. §. 2. P. eod.*

9. Uti dominium, sic possessio penes duos in [so]lidum esse nequit. *l. 3. §. 5. & ult. P. de A. P.* ut [ne]que naturales neque civiles, neque juste neque [in]justæ possessiones concurrere possint. *l. 19. in pr. [P.] de Precar.* Sed res duobus in solidum rectè com[m]odatur, veluti si duobus vehiculum sit commo[da]tum, pro parte quidem habet usum uterque, [&] duo quodammodo rei habebuntur, & singuli [in] solidum tenebuntur, ac si alter conventus præsti[te]rit, liberavit alterum. *d. l. 5. §. fin.*

10. Rei commodatæ retinemus & proprieta[te]m & possessionem, tam naturalem quam civi[le]m. *l. 8. P. Commodat.* Sed pignus manente pro[pr]ietate penes debitorem ad creditorem transfert [p]ossessionem naturalem. *l. 35. §. 1. & l. 37. P. de [Pi]gnor. act.* An usus transit in creditorem? Nequa[q]uam, Creditor enim furti tenetur, si re oppigno[ra]ta usus fuerit. *l. 54. P. de Furt. §. 7. Inst. de Ob[li]gat. quæ ex delict. nasc.* An qui precario rogavit [p]ossidet? Neg. *l. 6. §. 2. P. de Precar.* Affirm. *l. 4. [§.] 1. P. eod.* Non est contradictio.

11. Si

11. Si quis rem commodatam deterioraver, tenetur & actione commodati, & legis Aquiliæ, altera alteram tollet, sed differenter, si prius actu sit actione l. Aquiliæ, consumitur actio comm- dati; sin actum sit judicio commodati, super actio l. Aquiliæ, ita tamen ut in hac actione su- ducatur, quod actor est consecutus actione co- modati. *l. 7. in fin. P. Commod.*

DE PIGNORAT. ACTION.

12. Pignus propriè & regulariter dicitur co- stitui in re mobili. *l. 238. §. 2. D. de V. S.* & per- citur rei traditione. *§. fin. Inst. Quib. mod. re con. oblig.* hypotheca est rei immobilis & sine traditio nuda etiam conventione contrahitur, & produc actionem hypothecariam. *l. 1. P. h. t. §. 7. Inst. Action.*

13. Si quis cum æs pignori daret, affirma hoc aurum esse, pignus in isto corpore credito conceditur, licet in materia erretur, sed tenet actione pignoratitia contraria debitor pręter ste- lionatum, quem fecit. *d. l. 1. §. ult.* quemadm- dum qui sciens rem alienam pignori obligavit pr- ter judicium contrarium etiam crimine stellion- tus tenetur. *l. 16. §. 1. P. de Pignor. act.*

14. Quemadmodum non improbatur conve- tio, ne liceat debitori pignus vendere, & vendit est nulla, ut stetur pactioni. *l. 7. §. ult. P. de Dist.*

pigno

gn. ita quoque valet conventio, ut cessante in lutione debitore, liceat creditori pignus distrahere; & hæc conventio hoc facit, ut etiam propria ctoritate sine jussione præsidali creditor pignus ienare atq; accipientem dominum facere possit. 4. P. *de Pignor. act. l. 9. C. eod.* Si de pignore dirahendo nihil convenerit, hoc tamen jure utiur, ut liceat pignus distrahere. *d. l. 4.* sed hoc su denuntiatio videtur necessaria, alioqui credior furti obligatur. *l. 73. P. de Furt.* Add. *l. 4. C. de istract. pign. l. 3. §. 1. C. de Jur. dom. impetr.*

15. Si fuerit conventum, ne pignus distraheretur, creditor quoque si contra legem conventionis distraxerit, furtum committit, nisi debitori ter enuntiaverit, ut solvat & cessaverit. *d. l. 4. P. de ignor. act.* Si creditor pignus vendiderit pluris uam debitum erat, si pecuniam acceperit, superuum reddere debet, sin minus aut expectare deet debitor, aut si non exspectat, periculo venditoris ei mandandæ sunt actiones adversus emptorem. *l. 24. §. 2. P. eod.* Sed creditor pignoratiius, si solverit tributum vel stipendium vel extraordinariam collationem, in summa debiti computabit. *l. 6. C. de Pignor. junct. l. 8. P. h. t.* An creditor, si pignus vendiderit, de evictione tenetur? Nihil minus. *l. 1. & 2. C. Creditor. evict. pignor. non deb.*

16, Omnis pecunia exsoluta esse debet, aut eo

nomine satisfactum esse, ut nascatur pignoratitia actio, verba sunt *l. 9. §. 3. P. h. t.* unde concludi solet, juri pignoris luendi nullo temporis spatio præscribi posse: Ego præscriptionem 30. annorum hîc locum obtinere judico, *arg. l. 3. & 4. C. de Præscript. 30. ann.* Imò & pacto de retrovendendo quo cavetur, ut quandocunque venditor vel ipsius heredes pretium obtulerint, res vendita restituatur (cujus sedes est in *l. 2. C. de Pact. int. empt.*) eodem tempore præscribi non sine fundamento quidam defendunt.

17. Si in sortem duntaxat vel in usuras obstrictum est pignus, soluta sorte pignoratitia actio locum habet, & ne quidem creditor retentione pignoris usuras servare potest. *l. 11. §. 3. P. de Pignor. act.*

18. Si speciali conventione id actum fuerit inter creditorem cum pignus venderet, & emptorem, ut, si solverit debitor pecuniam pretii emptori, ei liceret rem suam recipere, atque hoc modo jus in re venditor retinuerit, non tantum venditor actionem in factum habet, sed etiam rei vindicationem. *l. 13. D. eod.* Uerum nego ex pacto de retrovendendo regulariter jus nasci in rem, & in juris principia impingunt, qui docent contrarium, vid. *d. l. 2. C. de Pact. int. empt.*

19. Si res pignori obligata sit subrepta, creditori actio furti conceditur non tantum contra extraneum

aneum, sed & contra debitorem & dominum. *l. 12. §. fin. l. 14. §. 5. 6. & 16. P. de Furt..* Verum creditor, quod actione furti consecutus est ab extraneo hoc debito imputare debet. *l. 22. P. de pignor. act.*

20. Pignus quod testamento constituitur juxta *l. 5. D. eod.* absurdè vocatur contractus, cum in testamento contractus celebrari nequeant. *arg. l. . §. fin. P. Qui testam. fac. poss.; junct. l. 20. D. de . S.* Eadem est ratio pignoris prętorii & judicialis.

21. Non videtur consensisse creditor in venditionem pignoris, si eo sciente debitor rem vendiderit, cum ideo fortè passus sit pignus venîre, quod iebat pignus sibi durare, sed si venditione pignoris â debitore facta, tabulis emptionis creditor subscribat pignus remisisse intelligitur. *l. 8. §. 15. P. quib. mod. pign. solv. l. 3. C. Quod cum eo qui in alien. testat.*

22. An est contradictio inter *l. 41. P. de pignor: act. l. 1. & 22. P. de Pignor.* ? Negativa contra subtiliores propugnabitur.

DE EXERCITOR. ACTION.

23. Actione exercitoria singuli exercitores in solidum tenentur, sed liberantur reliqui solutione unius, qui societatis judicio â reliquis portiones pro iis præstitas consequetur. *l. 1. §. fin. l. 2. & 3.*

 P. h. t.

P. h. t. Licet autem ad ſummam Reipublicæ pertineat navium exercitio. *l. 1. in pr. §. 5. & 20. P. h. t.* Non tamen ideo, qui credidit pecuniam in navem emendam vel exſtruendam vel inſtruendam, gaudet privilegio hypothecæ tacitæ, quemadmodum gaudet privilegio prælationis is, ex cujus pecunia comparatum eſt prædium, ſed quod pignori obligatum eſſe ſtatim convenit. *l. 7. C. Qui pot. in pign.*

De L. Rhod. de jact.

24. Si navis levandæ cauſa jactus mercium factus eſt, damnum pro portione communicatur. *l. 2. P. h. t.* An ſi incendii arcendi cauſa ædes vicini ſunt deſtructæ, damnum communi vicinorum contributione reſarciendum eſt? Neg.

25. Qui levandæ navis gratia res aliquas projiciunt, non hanc habent mentem, ut eas pro derelictis habeant. *l. 8. P. h. t.* Quod igitur ex naufragio expulſum eſt, uſucapi non poteſt, quoniam non eſt in derelicto, ſed in deperdito. *l. 21. §. 1. P. de A. P.* Imò qui merces projectas detinuit lucrandi animo, tenetur furti. *§. fin. Inſt. de R. D. & A. R. D.*

26. Si conduxiſti navem amphorarum duo milium, & ibi amphoras portaſti, pro duobus milibus amphorarum pretium debes, verba ſunt *l. fin. §. 2. P. de L. Rhod. de jact.* An igitur merces locationis præciſè requirit pecuniam numeratam? Nequaquam. *l. 8. & 21. C. Locat.*

De

DE INSTITOR. ACTION.

27. Si impubes patri habenti institores, heres extiterit, deinde cum his contractum fuerit, propter utilitatem promiscui usus in pupillum datur actio, morte ejus qui institorem præposuit mercaturis faciendis, non finitur præpositio aut institoris officium. *l. 17. §.2. P. h.t.* regulariter autem mandatum morte finitur. *l. fin. P. de Solut.* Disquiritur 1°. An institor finito officio ex contractu tempore præpositionis inito conveniri possit? Affirm. 2°. An institori, si quid ei debeatur, merces pignoris jure retinere liceat? Negantium sententiam confirmat generalis regula, quà rem alienam invito domino retinere non licet. *l. 25. §. 1. P. Sol. matr.*

DE ACTION. TRIBVTOR.

28. Actio tributoria pertinet ad negotiationes, quæ fiunt de mercibus peculiaribus. *l. 5. §. 4. P. h.t.* & coërcet dolum, si merces iniquè distribuantur. *l. 7. §. 2. P. eod.*

DE SC. MACEDON.

29. Filiusfamilias ex omnibus causis tanquam paterfamilias obligatur. *l. 39. P. de O. & A.* vulgus excipit mutuum propter SCtum Macedonianum. Ego exceptionem hanc rejicio, atque ex mutuo filiumfam. tam civiliter quam naturaliter obligari assero. Eadem quoque est ratio mulieris pro alio interce-

intercedentis, *arg. l. 8. §. 9. & 12. P. Ad SC. Vellejan.* SCto Macedoniano cautum fuit, ut si quis filiofamilias vel filiæfamilias mutuam pecuniam dederit, ei quidem actio seu petitio detur, quæ opposita exceptione reddatur inanis, quod SCtum nomen habet non â Macedone adolescente, sed â Macedone improbo fœneratore, *arg. l. 1. P. h. t.* & vel maximè inductum est in gratiam parentum, quia sæpè onerati fiiifamilias ære alieno creditarum pecuniarum, quas in luxuriam consumebant, vitę parentum insidiabantur, verba sunt *§. 7. Inst. Quod cum eo qui in alien. potest.* Atque ideò filiusfamilias exceptioni SCti Macedoniani renuntiare nequit, uti nec renuntiatio jurata sit efficax, *arg. l. 5. C. de Ll.* Diversa ratio est mulieris, quę de jure suo certiorata exceptioni SCti Vellejani tam extra judicium quam in judicio renuntiare potest. *l. ult. §. pen. P. Ad SC. Vellejan.*

30. Filiusfamilias si in id acceperit pecuniam mutuam, ut eam pro sorore sua in dotem daret, pater de in rem verso tenebitur. *l. 7. P. de SC. Macedon.* quia officium paternum est, pro modo facultatum liberos, quos in potestate habet, dotare. *l. 19. P. de R. N.* & dos ita â patre profecta si in matrimonio decesserit mulier filiafam. ad patrem redire debet. *d. l. 17. l. 4. C. Solut. matrimon.* eadem est ratio filię emancipatæ, cui & dos â patre data profectitia dicitur. *l. 5. §. 11. P. de J. D.* Disputatur

putatur, num superstitibus liberis dos profectitia ad patrem revertatur, an apud maritum remaneat? Parentem præfert *l. 6. D. eod.*

DE PECULIO.

31. In peculio esse possunt res omnes, & mobiles, & soli, & nomina debitorum. *l. 7. §. 4. h. t.* quę tertium genus constituunt. *l. 15. §. 2. & 8. P. de Re judic.* Legato igitur bonorum mobilium & immobilium non continentur nomina. Pecunia accensetur rebus corporalibus mobilibus. *§. 1. Inst. de Reb. corpor.*

32. Actione de peculio parens vel dominus ex contractu filii tenetur. *h. tot. tit. P.* ex causa etjam furtiva condictio contra parentem dirigitur, in quantum locupletior factus est. *l. 3. §. 12. P. eod.* Quod si voluntate patris decurio sit creatus, & à magistratu tutor constitutus, pater in solidum satisfacere cogitur. *l. 1. C. Quod cum eo qui in al. pot.*

33. Si ipse servus sese vulneraverit, non debet hoc damnum deducere, non magis quam si se occiderit, aut præcipitaverit, licet enim etiam servis naturaliter in suum corpus sævire, verba sunt. *l. 9. §. 7. P. de Pecul.* An igitur αὐτοχειρία, læsio sui ipsius est licita? Nequaquam, *arg. l. 13. P. Ad l. Aq.*

34. Si servus deducto peculio sit venditus, venditor deductione utitur, & si post venditionem cæperit aliqu id servus venditori debere, hoc non minuit

minuit peculia, quod & obtinet, si alio quovis genere dominium mutatum sit, veluti legato & dotis datione. *l. 47. §. ult. P. de Pecul.* quâ verum juris gentium dominium transferri (probat) §. *40. Inst. de R. D. & A. R. D.*

35. Non est antinomia inter *l. 50. P. de Pecul. & l. 7. §. 15. P. Quib. ex caus. in possess. eat.*

DE IN REM VERSO.

36. In rem patris vel domini versum esse intelligitur, quando quid versum est necessario vel utiliter. *§. 4. Inst. Quod cum eo qui in alien. potest. l. 6. §. 2. P. h. t.* In rem quoque patris vel domini versum esse præsumitur, si ipse pater vel dominus longo tempore præstiterit usuras. *l. 6. P. de Usur.* unde perperam *Dd.* quidam colligere solent, longum tempus esse causam præstandarum usurarum, vid. *l. 7. C. eod.* Versum autem sic accipimus, ut duret versum. l. *10. §. 6. P. eod.*

QUOD JUSSU.

37. Ex jussu datur actio quod jussu contra patrem vel dominum in solidum. *l. 1. in princ. P. h. t.* Sed ex sola scientia aut patientia judicium quod jussu non competit, *arg. l. 1. §. 5. P. eod.* Atqui si ratum habuerit pater, quod filius gesserit, actio quod jussu datur. *d. l. 1. §. 6.* Conciliatio non est difficilis.

38. Mulier juvatur beneficio Scti Vellejani, si itercedat; vel transferendo, quando per novatio- em principali debitore liberato expromittit. *l. 8. §. 2. P. h. t. l. 19. P. de Novat.* vel participando, uando pro alio constituit, fidejubet, mandat. *l. in. §. 3. P. & l. 3. C. h. t. l. 1. §. 1. P. de Const. pecun.* uas intercessiones SC. reddit inanes, vel datâ ctione vel datá exceptione. *l. 6. 8. §. 2. & seqq. h. t.* Imò hodie duobus casibus mulier intercedendo io jure est tuta, & neque obligatur, neque indi- gt exceptione, si non confecto publico instrumen- t intercesserit. *l. 23. C. h. t.* si mulier pro marito obliget. *Nov. 134. c. 8. Auth. si qua mulier. C. d.* Quia mulierem renuntiare posse Scto Velleja- n supra posuimus, quæro 1°. an, si renuntiaverit Sto Vellejano, etiam renuntiasse intelligatur no- v constitutionibus *d. l. 23. & d. Auth. si qua mu- l*? Negantium sententiam laudamus. Imò istis constitutionibus novis, præsertim *d. Nov. 134. c. 8.* speciali pacto renuntiari posse negamus. *arg. l. 27. P. de R. J. l. 5. C. de Ll.* 2°. An uxor pro marito conveniri possit? Negativa sententia probatur cla- & perspicuè ex *tit. C. Ne ux. pro marit. vel marit. uxor.*

39. Cessat quoque inter alios casus beneficium Sti Vellejani, cum mulier dissimulatâ obligatio- ne

ne decepit ignorantem debitorem, decipientibus mulieribus SCtum auxilio non est. *l. 2. §. 3. l. 4. in pr. P. h. t.* Si tamen sciat creditor mulierem intercedere, exceptio SCti Vellejani ei obstabit. *l. 12. 28. §. 1. P. h. t. l. 1. C. eod.* neque contradicit *l. 13. C. d. t.* Cessat etiam SCtum, si mulier pretium intercessionis acceperit, atque ita alienæ litis redemptricem se constituerit. *d. l. 23. §. 1. C. h. t.* Quantitatem autem pretii, quę mulierem hoc beneficio privet, arbitrio judicis determinandam relinquimus.

40. Per novationem vel expromissionem translata actione in mulierem & sublatâ, creditori contra debitorem beneficio prætoris actio vetus restituitur, quæ propterea actio restitutoria, rescissoria & actio utilis vocatur. *l. 8. §. 8. & 12. l. 14. 16. in fin. l. fin. P. & l. 16. C. h. t.* An hæc actio restitutoria amittitur lapsu quadriennii? Neg. Vetus actio restituitur, & in eo statu, in quo ante fuit.

41. Si vir uxori donationis causa rem viliori pretio addixerit, eamque ignaram juris civilis in pretium creditori suo delegaverit, mulier, si â creditore conveniatur, habet exceptionem SCti Vellejani. *l. 17. in pr. P. Ad SC. Vellejan.*

42. Si propter dotem & pecuniam creditam mulier acceperit pignus, & creditor mariti curaverit ei pecuniam dotis solvi, ut voluntate mulieris ipse idem pignus à marito acciperet; si sciat creditor etiam aliam pecuniam mulieri deberi, mulier inte-

intercedere intelligitur, & juvatur beneficio SCti Vellejani. *d. l. 17. §. 1.*

DISPUTATIO OCTAVA.

RESPONDENTE

LUDOVICO BRAECKEL, *Linda-Gelro.*

De

COMPENSATION.

APHORISMUS I.

COmpensatio requirit debitum, nec sufficit debitum merè civile, quod perpetua exceptione eliditur. *l. 5. §. fin. P. de Dol. mal. except. junct. l. 14. P. h. t. l. 112. P. de R. J.* Sed 1°. sit debitum efficax: Imò quod naturâ debetur, etiam venit in compensationem. *l. 6. P. d. t.* nisi, ut loquitur vulgus, debitum naturale exceptione perpetua perimi possit. Limitatio est stolida, quia tale debitum non parit actionem, quæ per exceptionem infirmetur, *arg. l. 95. §. 4. P. de Solut. junct. l. 7. §. 4. P. de Pact.* 2°. Debitum sit purum, quod debetur in diem vel sub conditione antequam dies venit vel conditio extitit, non compensabitur. *l. 7. P. h. t.* 3°. sit liquidum & quod aperto jure nititur. *§. 30. Institut. de Action. l. ult. §. 1. C. h. t.*

C. *h. t.* 4°. sit debitum quantitatis. *l.* 5.8.11. C. *d.*
Corpus cum corpore vel cum quantitate non ac
mittit compensationem. *arg. l.* 2. §. 1. P. *de* R. C
junct. l. 4. P. *Qui pot. in pign.* Compensatio igit
in actione commodati locum non habet. *l. fin.* C
Commod. Imò in qualibet actione & in rem & i
personam compensatio admittitur. *d.l. fin.* C.*h.t.*
§.30. *Inst. de Action.* Sed restringenda est hæc regul
Denique sit debitum ei, qui compensationem obj
cit, ejus quod non debetur ei qui convenitur, se
alii compensatio fieri non potest. *l.* 16. *in pr. l.* 1
§. 1. P. & *l.* 9. C. *h. t.*

2. Nihil interest, debitum descendat ex contr
ctu an ex maleficio, *l.* 10. §. 2. P. *h. t.* paria delict
tolluntur mutua pensatione. *l.* 39. P. *Solut. ma*
modo agatur pecuniariè & civilitèr, secus si crim
naliter. *d. l.* 10. §. 2. *l. ult.* §. 3. P. *de Eo per que*
fact. er. An ergo privata retorsio injuriarum ve
balium est licita? Neg. *arg. l.* 176. P. *de* R. *J.* A
si judex, v. g. injuriarum actiones compensaver
uterque & actori & reo infamia irrogatur? Ne
Damnati injuriarum notantur infamia. *l.* 1. P.
His qui not. infam. §. *pen. Inst. de Pœn. tem. litig.*
qui hîc actor & reus damnati esse non intelligu
tur, *arg. d. l.* 39. *l.* 21. P. *h. t.*

3. Compensatione minuuntur actiones ip
jure. *d. l. ult.* C. *de Compensat.* quod tamen etiam
ante Justin. obtinuisse patet ex *l.* 4. 10. 21. P. &

l. C. eod. Imò compensatio objicienda est. l. 7. 8. & 10. C. d. t. Respondebitur, Et quæ compensationis allegatio quacunque judicii parte, etiam post latam sententiam, opponi potest. l. 2. C. h. t.

4. Procurator in rem suam datus post litem contestatam, si vice mutua conveniatur, æquitate compensationis utitur. l. 18. in pr. P. de Compensat. An & ante litem contestatam compensationis beneficium exercet? Quidni? arg. l. 1. C. de O & A.

DEPOSIT. VEL CONTR.

5. Depositum utrumque & rei controversæ & non controversæ, propriè est rei mobilis, non immobilis nec incorporalis. arg. l. 1. in pr. P. h. t. Sed depositum in specie neque naturalem neque civilem possessionem transfert. l. 17. §. 1. P. eod. quomodo distinguitur à sequestratione necessaria, quę regulariter est prohibita, & quodlibet sequestrum concedit sequestri possessionem naturalem. d. §. 1. Quandoque tamen depositario usus imò dominium ex conventione conceditur, quæ conventio quamvis notissimos depositi terminos excedat, manet nihilominus depositum, sed irregulare, & parit depositi actionem, ac ex mora sunt præstandæ usuræ, l. 24. l. 25. §. 1. l. 26. §. 1. l. 29. §. 1. P. h. t.

6. Ex natura contractus tenetur depositarius de dolo, sub quo etiam lata culpa comprehenditur, non culpa levi, multo minus levissima. l. 5. §. 7.

P. *Commodat.* An si res deposita post moram interjerit liberatur depositarius? Neg. Morâ obligatio perpetuatur. *l.23. & 91. P. de V.O.* An si experiatur deponens actione depositi, in concursu creditorum privilegiariis creditoribus præfertur? Neg. An deponenti, qui rem repetit à depositario opponi potest exceptio dominii? Negant Bartol. Mynsing. & similes. Quæstio ferè est frustranea, quia non est depositum, quando res apud dominum deponitur, non igitur cogitur hic q. depositarius & dominus rem propriam restituere non domino, *arg. l. 25. §. 1. & l. 31. in fin. P. h. t. l. 45. P. de R. J.*

MANDAT. VEL CONTR.

7. Mandatum, Cujacio, qui teste Viglio Zuichemo, est elegantissimus definitionum Interpres, est contractus ex consensu, quo datur fides roganti procurandi negotium aliquod sine mercede. Quod mandatum mandatarii gratia contrahitur magis est consilium quam mandatum, atque ob id non est obligatorium. *l. 2. §. fin. P. h. t.* Consilii non fraudulenti nulla est obligatio, sed si dolus & calliditas intercessit, actio de dolo competit. *l. 47. P. de R. J.*

8. Mandatum est gratuitum, atque id exequitur mandatarius gratis. *§. fin. Inst. de Mandat.* si tamen remunerandi gratia intervenerit honor, seu honorarium, hoc quidem non exigitur mandati actione sed salarium procuratori constitutum extraordinem decernitur. *l. 7. P. h. t. l. 1. C. eod.*

9. A procuratore dolum & omnem culpam excepto casu improviso præstandam esse juris autoritate manifestè declaratur. *l. 13. C. h. t.* nec quicquam in ejus administratione neglectum ac declinatum culpâ vacuum est. *l. 21. in fin. C. eod.* &, si nummos domini converterit in usus suos; præstabit exemplo negotiorum gestoris usuras maximas., *l. 38. P. de N. G.* An procurator mandato imputabit, si sit spoliatus à latronibus, aut naufragio res amiserit, vel languore suo suorumque adprehensus quædam erogaverit? Neg. *l. 26. §. 6. P. h. t.* An liceat mandatario per vicarium mandatum exequi? Affirmativa tentabitur, *arg. l. 1. §. 22. P. de Exercit. act. l. 5. §. 3. P. de Administ. tut. l. 12. C. Qui dar. tut.*

10. Uti mandatum dissolvitur renuntiatione mandatarii, sed quæ fit re integra. *l. 22. §. fin. P. h. t.* ita ante litem contestatam mandatum revocare licet, ac dominus ipse judicium suscipere non prohibetur. *l. 16. P. de procurat.* lite autem contestata libera potestas revocandi domino non conceditur, nisi adhibeatur causæ cognitio. *l. 17. P. eod.* Mandatum item procuratorium finitur morte ejus qui suscepit, & morte mandatoris seu domini. *l. 26. & 57. P. Mandat.* Si tamen mandatarius ignorans mortem mandantis mandatum adimpleverit, utilitatis causa actio mandati conceditur. *l. 26. in princ. P. h. t.* atque ita possessio utiliter in accipientem translata est. *l. 33. P. de A. P.*

 11. Dili-

11. Diligenter fines mandati sunt custodiendi, nam qui excessit, aliud quid facere videtur. *l. 5. P. eod.* ac proinde huic ne quidem utilem negotiorum gestorum actionem concedimus, *arg. d. l. 5. l. 3. & l. seq. D. d. t.*

12. Mandari possunt quælibet negotia, dummodo sint honesta, mandatum rei turpis non est obligatorium. §. 7. *Inst. h. t. l. 6. §. 3. P. eod.* sed mandator cædis pro homicida habetur. *l. 15. P. Ad l. Cornel. de Sicar.* Imò qui mandat hominem vulnerari, etiamsi expressè prohibeat, ne hominem occidat, pœna ordinaria afficiendus est; nihil interest in l. Cornelia occidat quis an causam mortis præbeat. *d. l. 15. §. 1.*

13. Mandator debitoris si solvat, ipso jure eum non liberat, propter mandatum enim suum solvit, & suo nomine, ideoque mandatori adversus reum actiones cedi debent. *l. 28. P. h. t.* Eadem ratione fidejussor etiam post solutionem potest exigere sibi cedi actiones, vid. *l. 36. P. de Fidejussor.*

PRO SOCIO.

14. Societas non contrahitur tacitè, sed exigitur, ut tractatu habito socii coëant; cum sine tractatu conveniunt, veluti si à duobus communiter res eadem ematur, res quidem communis est cum societate. *l. 2. P. Commun. divid.* sed non est verus contractus societatis. *l. 31. & 2. seqq. P. h. t.* Societas

etas ista vel est omnium bonorum, vel alicujus
gotiationis, vel fit simpliciter nullâ factâ men-
one bonorum: In societate omnium bonorum
mnes res, sed quę coëuntium sunt, continuo com-
iunicantur. *l. 1.* §. *1. P. h. t.* exceptis nominibus,
uæ ipso jure manent in suo statu. *l. 3. P. eod.* quæ
atem bona post contractam societatem socii ac-
uirunt, ea communicantur judicio societatis. *l.*
4. P. h. t. Societati simpliciter contractæ impu-
antur, quæ ex quæstu veniunt. *l. 7. & seqq. P. h. t.*
umptus studiorum à patre filio, & dos data
iliæ imputantur societati universarum fortuna-
um specialiter contractæ, non etiam ei quæ sim-
liciter coïta est, *arg. l. 52.* §. *16. l. 73.* §. *1. P. Pro*
oc. Sed societati omnium bonorum etiam specia-
iter contractæ non imputantur feuda, ne domi-
nus alium quam voluerit acquirat vasallum. *c. un.*
circ. fin. de Fratr. de nov. benef. investit.

15. Societatem uno conferente operam, altero
pecuniam posse contrahi magis obtinuit. *l. 1, C.*
Pro soc. & hoc casu lucrum inter eos commune e-
rit. §. *2. Inst. de Societ.* An si ita contracta socie-
tas dissolvatur; qui pecuniam contulit, eam præ-
cipit? Affirm. nisi aliter conventum fuerit, *arg.*
d. §. *2. & l. 52.* §. *2. P. Pro soc.* Unde â contrario
idem sortis amissæ damnum solus feret, *arg. l. 9. C.*
de Pignor. act.

16. Societas coïri potest vel in perpetuum, vel

ad tempus, vel ſub conditione. *l. 1. P. Pro ſoc.* An ſi ſocii per annos 30. ſteterint in communione, ſocietas unius renuntiatione diſſolvi poteſt? Affirm. Imò conventio non valet, ne omninò fiat diviſio *l. 14. §. 2. P. Commun. divid.*

17. Solvitur ſocietas morte unius ſocii, niſi in coëunda ſocietate aliter convenerit, heres ſocii non ſuccedit. *l. 65. §. 9. P. Pro ſoc.* licet actione pro ſocio teneatur, quatenus emolumenti ſucceſſor eſt. *l. 63. §. 8. P. eod.* An ex conventione ſpeciali ſocietas poteſt continuari heredibus? Neg. *l. 35. D. d. t.*

18. Deportatione quoque ſocii diſſolvitur ſocietas. *l. 65. §. fin. P. Pro ſoc,* quia cum alius (qui hoc caſu fiſcus fuit) in locum ejus ſuccedat, pro mortuo habetur. §. 7. *Inſt. de Societat.* Fiſcus etiam in bona poſt deportationem quæſita ſuccedit. *l. 2. C. de Bon. proſcript.* quod hodie mutatum eſt. *Nov. 134. c. ult.*

19. Socius à ſocio conventus non tenetur in ſolidum, ſed in id quod facere poteſt, quod non tantum de ſocio univerſorum bonorum, ſed & de ſocio unius negotiationis intelligendum eſt. *d. l. 63. in pr. P. Pro ſoc.* ubi additur ratio, quia ſocietas quodammodo jus fraternitatis habet. An igitur frater fratri tantum in id quod facere poteſt condemnandus eſt? Privilegium illud competentiæ, ut loquuntur, fratribus competere, nuſpiam reperio.

DE

DE EMPT. VENDIT.

20. Emptio-Venditio est contractus ex consen- quo id agitur, ut dato certo pretio dominium accipientem transferatur, *arg. l. 80. P. de Con- th. empt, l. 8. P. de Pericul. & commod. rei vend.* enatio ipsa non est. *arg. l. 20. C. de Pact.* multo nus venditio quamlibet alienationem comple- ctur. *arg. l. 1. P. de Contrah. empt. l. ult. C. de Pact. t. empt.*

21. Licet autem in emptione venditione id a- tur, ut dominium transferatur, non tamen inde quitur, præcisè id requiri, ut dominium in acci- entem transferatur; qui vendidit, necesse non bet, fundum emptoris facere. *l. 25. in pr. P. de ntrah. empt.* res aliena vendi potest. *l. 28. P. eod.* ia venditor non ad dandum, sed ad tradendum netur. *l. 11. §. 2. P. de A.E. l. 75. §. fin. P. de V. O.* evincatur res ita vendita, datur emptori regressus ntra venditorem. *tot. tit. P. & C. de Eviction.* qui men sciens rem comparavit alienam, de evictio- agere nequit. *l. 27. C. eod. l. 7. C. Commun. utr. dic.* Dubitatur, an hoc casu emptor à venditore opter evictionem precium recuperare possit? eg. *arg. d. l. 27.*

22. Venditor non constringitur præcisa necessi- te, ut rem ipsam tradat; si res vendita non tra- itur, id quod interest præstari debet. *l. 1. P. de A.* & ratio est eadem, licet facultatem tradendi beat. *l. 12. P. & l. 4. C. eod.*

23. Neque si fundus vendatur sub pacto de retrovendendo juxta *l. 2. C de Pact. int. empt.* emptor in specie eundem fundum restituere cogitur. Unde oritur controversia, an, si idem fundus sit, in tertium translatus, tertius possessor singularis conveniri possit, seu ex pacto de retrovendendo oriatur actio realis an personalis, quæ tantum emptorem ejusque heredem obliget? Posterius placet *arg. d. l. 2. C. de Pact. int. empt. junct. l. ult. §. 1. I. de Contrah. empt.*

24. Dissensus seu error in re aut pretio imperfectam reddit venditionem. *l. 9. in pr. P. de Contrah. empt.* siquidem in corpore erretur, aut in substantia vel materia. *d. l. 9. §. fin.* quomodo si mensa argento coöperta pro solida vendatur, emptio est nulla, pecuniaque eo nomine data condicetur. *l. 41. §. 1. P. eod.* Quod si erretur in quantitate & modo agri, v.g. si sit venditus fundus jugerum 30 & plura aut pauciora inveniantur, amplectimur communem Interpp. distinctionem, ut si ad numerum vel mensuram venditio sit celebrata, suppleatur quod deest alterutri contrahentium, vel auferatur quod superest: Verum si de specie aut de corpore certo inter contrahentes actum sit, hoc eorundem lucro aut damno cedat. *l. 40. §. 2. P. de Contrah. empt. l. 4. §. 1. l. 13. §. 14. l. 42. P. de A. E. l. 45. l. 69. §. fin. P. de Evict.*

25. Emphyteusin sine domini consensu vende-

licebat jure veteri. §. 3. *Inst. de Locat. conduct.* quod mutatum est jure novo, & domino principali jus πϱοτιμήσεως conceditur. *l. 3. C. de Iur. emphyt.* quam extendi nolo ad donationes & legata, *arg. l. 32. in fin. C. de Appellat. junct. l. 71. §. pen. & ult. P. de Legat. 1.*

26. Si hereditas sit vendita, neque amplius neque minus juris emptor habebit, quam apud heredem futurum erat. *l. 2. in pr. P. de Hered. vel act. vend.* nec solum quod pervenit, sed & quod quandoque pervenerit, emptori restituendum est. *ead. l. 2. §. 4.* Explodimus igitur sententiam eorum, qui ad emptorem jus accrescendi transire negant. *l. 33. P. de Usufruct. l. 83. P. de A. H.*

27. Emptionem annuorum redituum de jure civili licitam esse patet ex *Nov. 160.* Oritur autem ex ista venditione jus personale, non reale, quod ideo neque fundum, neque ejus novum possessorem obstringit, *arg. l. fin. §. 1. P. de Contrah. empt.*

28. Emptionis substantia etiam ex pretio consistit, verba sunt *l. 72. P. eod.* quare venditio celebrari nequit uno nummo, qui pretio opponitur. *l. 10. §. fin. P. de A. P. junct. l. 46. P. Locat.*

29. Sed pretium 1°. consistat in pecunia numerata, non in rebus aliis. *l. 7. C. de Rer. permutat.* 2°. sit certum. §. 1. *Inst. h. tit.* atque definiatur, vel ab ipsis contrahentibus, vel â tertio extraneo, qui si pretium determinaverit, omnimodo secundum

æstima-

æstimationem ejus venditio ad effectum perducenda. *l. ult. C. de Contrah. empt.* Cujus tamen arbitrio iniquissimo standum non est, sed & hic iniquitatem & nimiam inæqualitaten ad arbitrium boni viri redigendam esse existimo, uti fit in societate *l. 76. & seqq. P. Pro soc.* Alia est ratio arbitri compromissarii, cujus laudum etiam iniquissimum servandum est. *l. 27. §. 2. P. de Recept. qui arbit. recep.* neque appellationi aut reductioni locus relinquirur. *l. 1. C. eod.*

30. Perfectâ emptione-venditione periculum statim ad emptorem pertinet, tametsi ea res emptori adhuc tradita non sit. *l. 7. & 8. P. de pericul. & Comm. rei vend.* sed venditor tenetur emptori de dolo & culpa levi. *l. 5. §. 2. P. Commod.* ex conventione præstat casum fortuitum, quem si in se receperit tenetur de casibus tam insolitis quam solitis. *l. 78. §. fin. P. de Contrah. empt.* Sed quemadmodum periculum ad emptorem spectat, ita & commodum *l. 7. P. & l. 1. C. de pericul. & comm. rei vend.* ideoque fructus adjudicandi sunt emptori â tempore contractus perfecti. *l. 13. §. 10. & 13. P de A. E.*

31. Emptio quæ est contracta sub pacto Addictionis in diem est pura, sed sub conditione resolvitur, quando id actum est, ut meliore allata conditione â venditione recedatur. *l. 2. in pr. P. de Addict. in di.* atque interim dominium emptor con-

...itur, vel usucapiendi conditionem, si res aliena ...vendita, fructus lucratur ac incommodum ...ne sustinet, *d. l. 2. §. 1. & l. 3. P. d. t.* Venditio ...oque contracta sub lege commissoria est pura& ... conditione resolvitur. *l. 1. P. de l. commiss. l. 2. §. 3. P. pro Empt.* neque ad diem pretio non soluto ...ur vindicatio. *l. 3. C. de pact. int. empt.* Improba... lex commissoria in pignoribus. *l. ult. C. eod.* & ...feudis. *c. un. de Feud. dat. in vic. l. commissor.*

32. Si pactum sit obscurum vel ambiguũ, quod ...ctum est inter emptorem & venditorem, expli...tur contra venditorem, qui sibi imputare debet, ...r legem contractus non dixerit apertius. *l. 21. ... & 33. P. de Contrah. empt.*

33. Emptio solo consensu perfecta contraria ...onventione potest fieri infecta. *l. 2. D. de Rescind. ...nd.* A contractu autem imperfecto invito altero ... pœnitentia resilire licet, si emptor datas arrhas ...nittere, aut venditor duplicatas restituere velit. ...*17. C. de Fid. instrum.* A contractu perfecto in...to altero recedi nequit, ne quidem cum amissio...e arrharum aut restitutione duplicatarum, quic...uid post Zasium contradicant Mynsingerus & ...chneidewinus.

34. Permissum fuit contrahentibus in pretio se ...aturaliter circumscribere. *l. 16. §. fin. D. de Min.* ...ed hæc circumscribendi licentia hodie est coan...gustata, & venditor læsus ultra dimidium justi seu

veri

veri pretii agit contra emptorem, ut vel fundus venditus pretio recepto reddatur, vel quod deest justo pretio suppleatur. *l. 2. C. de Rescind. vend.* sive in re mobili sive immobili læsio contigerit: Remedium hoc est novum, & venditor ita circumscriptus non juvatur per extraordinarium restitutionis beneficium, verum per actionem ordinariam ex vendito, atque ideo isti remedio non quadriennio continuo, sed 30. annis præscribitur, *arg. l. 3. C. de Præscript. 30. ann.*

LOCAT. CONDUCT.

35. Locatio-Conductio in variis distinguitur ab emptione-venditione, veluti quod merces constituatur & in pecunia & in aliis rebus fungibilibus veluti vino, oleo, frumento. *l. 25. §. 6 ff. h. t. l. 8. &c 21. C. eod.* quod non transferatur dominium. *l. 39. d. t.* imò ne quidem possessio naturalis. *l. 6. §. 2 ff. de Precar.* quod edictum Ædilium Curulium in eo locum non obtineat. *l. 63. ff. de Ædil. edict.*

36. Locare servitutes prædiorum nemo potest *l. 44. ff. h. t.* sed fructuario usumfructum locare licet. *l. 9. §. 1. ff. h. t.* eadem est ratio vasalli. *c. un. §. 1. Qual. ol. feud. pot. alien.*

37. Locatio est vel temporalis vel perpetua. *l. 10. C. h. t. l. 1. §. 15. ff. de Exercit. act.* Idem asseritur de emphyteusi. *l. 1. §. fin. ff. Si ag. vectigal.* Neque tamen propterea locatio perpetua transit in emphy-

mphyteusin, nec emphyteusis temporalis in locationem, quia emphyteusin non solus annorum numerus, sed peculiaris contrahentium conventio constituit, *arg. l. 8. P. Mandat.*

38. Quæ in prædia urbana inducta, illata sunt, pignori esse creduntur, quasi id tacitè convenerit. *l. 4. P. In quib. caus. pign. tacit. contrah.* non solum pro pensionibus, sed & si deteriorem habitationem culpa sua fecerit inquilinus. *l. 2. P. eod.* neque excipio libros Professorum & Studiosorum, neque bona minorum, *arg. d. l. 4.* Imò illata â secundo conductore tacito pignoris nexu sunt obligata primo locatori, sed pro ea summa, qua ipse conduxit, & secundus conductor solvendo primo locatori liberatur. *l. 11. §. 5. P. de Pign. act.*

39. Inducta & illata in prædium rusticum non aliter pignoris jure tenentur quam si dominus fundi expressè sibi pignori futura pepigerit. *d. l. 4. P. in quib. caus. pign. tac. §. 2. in fin. Inst. de Interdict.* Simplex & nuda scientia non sufficit.

40. Contractus locationis & conductionis transit ad heredes & locatoris & conductoris. *l. 10. C. h. t.* Emptor verò, legatarius, & alii singulares successores non tenentur stare locationi. *l. 9. C. eod.* An conductor ante tempus locationis finitum alteri vendere suum jus vel gratis concedere potest? Hoc videtur, relocare certè ædes vel fundum ei liberè conceditur. *l. 7. 8. 24. §. 1. P. & l. 6. C. h. t. l. 13. C. de Vsufr.*

41. In locationem-conductionem venit dolus lata & levis non etiam levissima culpa. *l. 5. §. 2* *P. Commod.* multò minus casus fortuitus. *l. 25. §. 6. P. h. t.* nisi aliter convenerit. *l. 9. §. 2. P. eod* & qui ex conventione in se recepit casus fortuito tam de insolitis quam solitis casibus tenetur, *arg* *l. 78. §. fin. P. de Contrah. empt.* An ex natura cond ductionis conductor de incendio tenetur? Affirm *arg. l. 3. §. 1. P. de Offic. præfect. vig.*

42. Periculum fructuum perceptorum pertinet ad colonum, *arg. l. 26. §. 1. l. 61. §. 8. P. d* *Furt. junct. l. 9. C. de Pignor. act.*

43. Conductor, qui pensionem domino in solidum solvit, ante tempus locationi præfinitum regulariter expelli nequit. *l. 3. C. h. t.* qui autem non solvit mercedem etiam unius anni, ante tempus locationis impletum expelli potest, neque locator biennium exspectare cogitur, *arg. l. 56. D. eod*

44. Finito locationis tempore, non cogitur colonus invitus in fundo conducto perseverare, ne quidem colonus publicus, & publicanus, seu vectigalium publicorum conductor. *l. 3. §. 6. P. de* *Jur. fisc. l. 9. §. 1. P. de Publican.* Cæterum est singulare privilegium coloni prædii fiscalis aut publici, quod in relocatione vetus conductor novo præferatur. *l. pen. & ult. C. de Locat. præd. civil. & fiscal. lib. 11.* Regulariter dominus tempore conductionis finito fundum relocare potest cuicunque, nec primo

ce primo conductori jus retractus conceditur. Disputatur, an eodem privilegio gaudeant Stu-cii? Affirmantium sententia probari solet ex *c. 1. ctr. h.t.* Ego in eo loco nihil præsidii reperio.

DISPVTATIO NONA.

RESPONDENTE

IOANNE TOEBAST, *Hernâ-Gelro.*

De

CONTRACTIBUS INNOMINATIS.

APHORISMUS I.

Contractus innominati distinguuntur â nominatis, causa *l. 7. §. 1. & 2. P. de pact* qualis non est in contractibus nominatis, ne quidem in iis, qui re ineuntur & datione vel traditione perficiuntur.

2. Contractus illi innominati non circumscribuntur quatuor his articulis, Do ut des, Do ut facias, Facio ut des, Facio ut facias: Plura dantur negotia, quorum appellationes nullo jure civili sunt proditæ. *l. 2. & 3. P. de præscript. verb.* Neque actio præscriptis verbis, quæ contractuum innominatorum nota esse solet, absolvitur prædictis quatuor articulis. *§. 1. & 2. Inst. de Location. conduct.*

 3. Dedi

3. Dedi pecuniam ut rem dares, ſuo ſenſu dic-
tur contractus do ut des, qui non diſtinguitur
permutatione, ſecus judicant Dd. antiqui, ſtatu-
entes permutationem eſſe ſpeciei cum ſpecie, D
ut des, generis cum genere ſeu ſpecie, quantitat
cum quantitate: In hoc contractu ut & in reliqu
ferè contractibus innominatis eſt locus pœniten-
tiæ. *l. 5. in princ. & §. 1. P. de Condict. caus. da.*
An res aliena permutari poteſt? Affirm. quia ev-
ctio hîc præſtanda eſt. *l. 1. §. 1. P. de Rer. permu.*
Atqui rem alienam dantem nullam contrahe
permutationem, Pedius ait. *d. l. 1. §. 3.* Nullum e
diſſidium.

4. Ex placito permutationis, nulla re ſecut
nemini actio competit niſi placito ſtipulatio ſub-
jecta fuerit. *l. 3. C. d. t.* Ex permutatione orit
condictio cauſa dati, cauſa non ſecuta, & acti
præſcriptis verbis. *l. 5. §. 1. P. de præſcript. ver.*
quæ præſcriptis verbis rem geſtam demonſtrat.
6. C. de Tranſact. Si quis dederit puellæ nupti-
rum gratiâ, atque illa quidem nupſerit, ſed propte
odium mariti paucos poſt dies ſibi impias man
intulerit, condicitur quod datum eſt quaſi ob ca-
ſam datum causâ non ſecutâ, *arg. l. 8. P. de Con.*
caus. dat. Quod ſi tamen ſit ita promiſſum, ac ne-
dum traditum ab heredibus puellæ exigi nequ
An ex articulo facio ut des datur actio præſcrip
verbis? Affirm. *d. l. 5. §. fin.* Idem judica-
du

...um est de precario. *l. 19. §. fin. P. de Pre...r.*

5. Actio præscriptis verbis distinguitur ab actio...e in factum, quæ est generalior, & nascitur ex ...onventione vel ex maleficio, estque vel civilis ...el prætoria. Actio verò præscriptis verbis est ci...ilis & ex conventione oritur. *l. 11. P. de Præscript. ...erb. l. 25. §. pen. P. de O. & A. §. fin. Inst. de L. Aq.*

6. Actio præscriptis verbis, quæ de æstimato ...roponitur, & quæ ex permutatione competit est ...onæ fidei, regulariter actio ista est stricti juris: ...eque excipio actionem præscriptis verbis, quæ ...x precario datur. *§. 28. Inst. de Action.* Si quis ...em æstimatam vendendam dederit, æstimatio fa...it periculum ejus qui suscepit, aut igitur ipsam ...em debebit incorruptam reddere aut ejus æstima...ionem. *l. 1. §. fin. P. de Æstim. act.* nec reclamat ...istinctio *l. 17. §. 1. P. de Præscript. verb.*

DE PIGNORIBUS.

7. Inter pignus & Hypothecam tantum sonus ...ominis differt. *l. 5. §. 1. P. h. t.* Imò distinguun...ur. *§. 7. Instit. de Action.* Non malè conveniunt. An statutum loquens de pignore etiam in hypo...heca locum obtinet? Affirmo, *arg. d. §. 7.*

8. Illata & invecta in prædium rusticum non obligantur pignori nisi expressè ita conventum fue...rit. *§. 3. Inst. de Interdict.* At in urbanum prędium

illata pro mercede locationis & deterioratione habitationis tacitè pignoris jure tenentur. *l. 2. & 4.* P. *In quib. caus. pign. tac. contr.* Neque hic in supellectile libraria Studiosorum, aut in rebus minorum illatis contrarium reperitur, vid. *l. 3. §. 1.* P. *de Reb. eor. qui sub tutel.*

9. Mulier pro dote consequenda in bonis mariti habet tacitam hypothecam, & anterioribus creditoribus tam expressâ quam tacitâ hypotheca gaudentibus præfertur. *l. 12.* C. *Qui pot. in pign.* Quæ prerogativa soli mulieri, non etiam ejus heredibus, regulariter competit. *§. 29. Inst. de Action.*

10. Qui credidit in restituendum ædificium tacitum pignus habet. *l. 1.* P. *In quib. caus. pign. tac. contr.* Non etiam qui in navem instruendam vel emendam vel armandam credidit. Neque creditori funerario privilegium tacitæ hypothecæ lex concedit, sed præfertur creditoribus etiam hypothecam habentibus. *l. 14. §. 1.* P. *de Religios.*

11. Jus generalis hypothecæ quoq; ad res futuras producitur. *l. ult.* C. *Quæ res pign. oblig.* At bonis omnibus donatis, legatis, futura non continentur. *l. 7.* P. *de Aur. & arg. legat.*

12. Quod emptionem-venditionem recipit, etiam oppignorationem recipere potest. *l. 9. §. 1.* P. *de Pignor.* excipiuntur res alienæ. *tot. tit.* C. *Si res alien. pign.* cui sententiæ in semestribus contradicit P. Faber insignis aliàs Jctus. Sed pignus in re

alien

iena constitutum ex superveniente dominio con-
matur, ut utilis Serviana creditori detur. *l. 5.*
. eod.

13. Pignori obligantur etiam res incorporales, servitutes rusticę. *l. 12. P. de Pignor.* non urbanę. *l. 11. §. fin. P. eod.*

14. Si debitor pecuniâ utatur gratuitâ, non u- rariâ, creditor de fructibus rei pignoratę ad mo- um legitimum usuras retinet. *l. 8. P. In quib. caus. gn. tac. contr.* Si ἀντίχρησις facta sit, vel si con- nerit, ut creditor in vicem usurarum fructus con- quatur, in fructibus percipiendis non necessario reditor legitimum usurarum modum observare gitur propter incertum fructuum proventum. *l. 17. C. de Usur.*

15. Pactum Commissorium in pignoribus im- obatur. *l. fin. C. de Pact. pign.* licet jurejurando corroboratum, *arg. l. 5. C. de Ll.*

16. In creditorem transit naturalis possessio pi- noris. *l. 35. §. 1. P. de pignor. act.* sed possessio hæc t qualis-qualis. *l. 88. P. de A. H.* Usus non trans- rtur, & furti tenetur creditor si re pignoratâ uta- r *l. 54. P. de Furt.*

17. Creditori, quamvis expressè conventum , ne liceat pignus distrahere, nihilominus trinâ nuntiatione præcedente, & debitore cessante gnus distrahere permittitur. *l. 4. P. de pign. act.* n proscriptio seu auctio requiritur in hac distra-

ctione ? Non videtur, dommodo tamen frau absit à venditione, *arg. l. 14. P. de Pignor. act. l.* 1 *& seqq. C. Si vend. pign. agat.*

18. In exercenda actione Serviana probari debet, rem oppignoratam fuisse in bonis debitori tempore pignoris contracti. *l. 15. §. 1. P. de Pign* h. e. debitorem vel dominium habuisse, vel ren oppignoratam fuisse bona fide possessam, *arg. l. 18. P. eod.*

19. Inter creditores pignoratitios, qui prior e tempore, potior est jure. *l. 11. P. Qui pot. in pignor* in tantum, ut, qui generaliter bona debitoris pignori accepit, prĕferatur ei, cui postea ex his bonis prĕdium specialiter obligatum fuit. *l. 2. P. eod.* Sed creditor prior conventionalis prĕfertur posteriori conventionali, judiciali & prĕtorio; Prio item prĕtorius posteriori conventionali & judiciali. *l. 10. & d. l. 11. P. Qui pot. in pign.* non etjam prior prĕtorius posteriori prĕtorio prĕfertur *l. 12. P. de Reb. autor. jud. possid.*

20. Non solâ oblatione debiti liberatur pignus, sed consignatio & depositio insuper desideratur. *l. 1. C. Qui pot. in pignor.*

21 Pignore reddito non intelligitur remissum debitum. *l. 3. P. de pact.* Sed si cautio vel chirographum reddat debitori creditor, convenisse videtur, ne debitum petatur. *l. 2. § 1. P. eod.*

22. Communis opinio est, jus pignoris luen-

di

30. vel 40. ann. præscriptione non tolli: Nos ... am præscriptionem & hîc locum obtinere pro- ... ugnabimus. *arg. l. 3. & 4. C. de Præscript. 30. ann.*

23. Re venditâ obligatâ & postea redhibitâ ... ropter vitium, non solvitur pignus. *l. 43. §. 8.* ... *de Ædilit. edict.* Non igitur, si venditor reme- ... io *l. 2. C. de Rescind. vend.* rem venditam avo- ... averit, pignus ab emptore in ea constitutum re- ... olvitur, *arg. l. 3. & 4. P. Quib. mod. pign. solv.*

24. Secundus creditor non aliter facultatem di- ... trahendi habet, quàm si priori debita fuerit solu- ... a quantitas. *l. 8. C. Qui pot. in pign.* Quid, si se- ... cundus creditor quidpiam ex bonis debitoris di- ... traxerit, an pecunia ex venditione pignoris reda- ... cta priori creditori erit oppignorata? Nequaquam, ... *arg. l. 3. §. 9. P. de Statulib.* Sed hic debet sequi ... possessorem pignoris. *l. 1. P. de Distract. pign.* vel ... convenire debitorem actione personali. *l. 14. &* ... *15. C. de pignor.*

25. Si debitor consentiente creditore pignus ... alienaverit, ac ita legitimè alienatum postea in do- ... minium debitoris reversum fuerit, non ideo pi- ... gnus renovatum est. *l. ult. C. de Remiss. pign.*

DE ÆDILIT. EDICT.

26. Edictum Ædilitium locum habet, si sit ven- dita res morbosa, aut vitiosa. *l. 1. §. 1. P. h. t.* v. g. si sit venditus servus veterator, si propter febrem

 loquatur

loquatur aliena. *l. 4. & 37. P. eod.* Non etiam si servus mutus sit venditus. *l 3. P. h. t.* quæ suis difficultatibus non carent. Distinguitur igitur ædilitium edictum, quod datur ob vitium rei, â novo remedio *l. 2. C. de Rescind. vendit.* quod conceditur propter pretii inæqualitatem. Qua occasione quæro, an *d. l. 2.* obtineat locum in vendita hereditate, in venditis fructibus? Neg. *arg. l. 17. C. de Vsur.* An in transactione? Neg.

27, Ad venditiones solas edictum hoc pertinet. *l. 63. P. h. t.* imò & ad permutationes *l. 19. §. pen. P. eod.* non etiam ad locationes. *d. l. 63.*

28. Actiones, redhibitoria & æstimatoria vel quanti minoris concurrunt electivè, non cumulativè, h. e. ut si unâ solidum consecuti fuerimus, altera extinguatur. *l. 25. §. 1. P. de Except. rei jud.*

DE EVICTIONIB.

29. Usufructu fundi evicto, competit actio de evictione. *l. 62. §. fin. P. h. t.* At servitute prædii evictâ, actio de evictione locum non habet, licet competat actio quanto minoris, nisi venditor nominatim dixerit servitutem fundo accessuram, aut fundum vendi uti optimus maximus est. *l. 68. P. de Contrah. empt. l. pen. P. h. t.*

30. Si ancilla prægnans ex venditione sit tradita, & partus evincatur, an venditor de evictione conveniri potest? Neg. *l. 42. P. h. t.* partus pars ancillæ non est. *l. 26. P. de V. S.*

31. Evictio præstatur non tantum in venditione, verum etiam in datione in solutum. *l. 4. & 29. C. h t.* in judicio familiæ erciscundæ. *l. 68. §. fin. P. eod.* Communi dividundo. *l. 1. & 7. C. Commun. utr. judic.* Non etiam in Donatione, *l. 18. §. fin. P. de Donat. l. 2. C. h t.* in Legato speciei, *arg. l. 45. §. 1. l. 71. §. 1. P. de Legat. 1. l. 29. §. 3. P. de Legat. 3.* nec in vendita hereditate. *l. 1. C. h. t.* in Pignore. *l. 1. & 2. C Credit. evict. pign. non deb.* maximè si pignora distrahantur ab officialibus judicati exequendi gratia capta. *l. 74. §. 1. P. h. t. l. 3. C. h. t.* An in Transactione? Neg. si res illæ evincantur, de quibus fuit controversia mota. *l. 33. C. de Transact.* An in feudis, si res alienæ ignoranti vasallo sint in feudum concessę? Affirm. *C. un. in pr. de Investit. de re alien. fact. C. un. Si de feud. vasall. ab aliq. interpell. fuer.*

32. Ut auctor de evictione teneatur, successor eum, etiam non ignorantem, laudare debet & exigere, ut evictionis nomine defendatur. *l. 55. & 63. P. de Evict.* Quæ denuntiatio fieri potest quolibet tempore, dum tamen ne propè ipsam condemnationem id fiat. *l. 29. §. fin P. eod* Neque, hîc distinguimus inter causam lucrativam & onerosam, Verum hac denuntiatione legitimè facta, autor successoris forum sequi solet. *l. 49 P. de Judic.* An invitus, si alibi degat? Neg. *arg. l fin. P. de Jurisd.*

33. Si succubuerit successor, qui autorem lau-

davit, appellare ille non cogitur. *l. 63. §. pen. P. de Evict.* Si sententia feratur pro successore, an hic sumptus, si fortè eos Judex compensaverit, ab autore repetere potest? Neg. *l. 18. C. eod.*

34. Si emptor sciens fundum alienum comparaverit, de evictione agere non potest. *l. 27. C. de* *t. l. 7. C. Commun. utr. jud.* An pretium eo casu emptor à venditore propter evictionem recuperabit? Neg. *arg. d. l. 27.*

35. Cum in ipso limine contractus immine evictio, emptor, si satis ei non offeratur, ad to tius vel residui pretii solutionem non compellitur *l. 24. C. de Evict.* An cautio tantum præstanda e illius evictionis nomine, quæ imminet, an o quoscunque alios casus? Prius tentabimus.

36. Qui nomen, quale fuit, vendidit, locuple tem esse debitorem cavere non cogitur, sed suffi cit, si præstet debitorem esse, & debitorem null tutum exceptione peremptoria & perpetua. *l. 74 in fin. P. de Evition. l. 45. §. pen. P. Mand.* Con troverti video, an cedens teneatur de evictione, cessionarium indemnem prestare caverit? Quidn *l. 4. & 5. P. de Hered. vend.*

DE EXCEPT. REI VENDIT.

37. Si venditor vindicet rem â se venditam exceptio rei venditę ei objicitur. *l. 1. P. de Excep rei vend.* Idem rescribitur de ejus herede. *l. 1.*

. *de Eviction.* & fidejussore *l. 11. C. eod.* non et-
um fidejussoris herede. *l. ult. C. d. tit.*

DE USUR. MORA, &c.

38. In contractibus bonæ fidei debentur usuræ,
x stipulatione, pacto in continenti adjecto, & mo-
a; In stricti juris contractibus tantum debentur ex
ipulatione. *l. 17. §. 4. l. 32. §. 2. P. h. t. l. 24. P.
e Præscript. verb. l. 3. C. h. t.* Sed si hic usuræ pa-
to promissæ solutæ fuerint, non repetuntur. *d. l.*
. Fructus post acceptum judicium sunt præstandi.
38. §. 7. P. h. t. non autem debentur usuræ pro-
pter litem contestatam, *arg. dd. text.* An deben-
ur usuræ ex longa earum præstatione? Neg. *l.
. C. h. t.*

39. Emptionem annuorum redituum illicitam
esse, quia in usuram incidit, quidam statuunt. Pes-
imè: Licita hæc est emptio de jure civili. *Nov.
160.* nec improbata Jure Canon. *c. 1. & 2. de Empt.
vendit. in extravag. commun.* Atque ex hac emptio-
ne oritur jus non reale, sed personale, quod nec
fundum ipsum, nec novum ejus possessorem ob-
stringit, *arg. l. fin. §. 1. P. de Contrah. empt.*

40. Mercatori usuras besses stipulari permittit
l. 26. §. 1. C. h. t. Unde quæro 1°. Mercator esse
deiiit, qui ante fuit, an duret nihilominus privi-
legium bessium? Neg. *arg. l. 196. P. de R. I.* 2°.
An si cœperit esse mercator, qui ante non fuit, exi-
gat

gat deinceps besses? Affirm. de novo contractu, sed ex veteri contractu non nisi semisses petere licet.

41. Si socius, negotiorum gestor, tutor, pecuniam communem vel cujus bona administrarunt, in usus suos converterint, tenentur in usuras maximas seu centesimas. *l. 38. P. de N. G.*

42. Improbum fœnus exercentibus, & usuras usurarum illicitè exigentibus, infamiæ macula irroganda est, verba sunt *l. 20. C. Ex quib. caus. infam. irrog.* Add. *l. 29. P. h. t.* An improbi fœneratores extra ordinem criminaliter conveniri possunt? Multi id affirmant. Nos negamus.

43. Si liberatus sit debitor obligatione sortis, veluti solutione, non licet exigere usuras. *l. 26. C. h. t.* Atqui sunt duæ obligationes, una sortis, altera usurarum. *l. 8. P. de Eo quod cert. loc.* Respondebitur.

44. Oblatio sola cursum usurarum non sistit, sed insuper obsignatio & depositio requiritur, *l. 6. & 19. C. h. t.*

45. Usuræ quoque deberi desinunt, ubi sortem æquaverint. *l 26. §. 1. P. de Cond. indeb* quod intelligi solebat de usuris solvendis, non solutis. *l. 10. C. h. t.* Hodie id etiam ad solutas extenditur. *Nov. 121. & 138.*

46. Debitor creditori usuras in futurum solvit, seu in antecessum dedit, paucis post diebus debi-

-or offert sortem, detractis usuris solutis, an cre-
-tor justam recusandi causam habet? Affirman-
-um sententia probari solet ex *l. 122. in pr. P. de V.*
. Sed textus non est generalis.

47. Mora ex persona debitoris committitur, si
-terpellatus, vel in judicio vel extra judicium non
-lvat. *l. 32. P. h. t.* Unica etiam interpellatio con-
-ituit debitorem in mora, *arg. l. 72. D. de Solut.*

48. Quod procedit in debito puro, nam in ob-
-gationibus, quæ diem habent, lapsus diei consti-
-it debitorem in mora, nec interpellatio alia re-
-uiritur, *arg. l. 9. §. 1. P. h. t. l. 12. C. de Contrah.*
-pulat.

49. Effectus moræ sunt, ut obligatio perpetue-
-ur, ac post interitum rei debitor teneatur. *l. 23.*
l. §. 3. P. de V. O. ac eo respectu mora rei fide-
-ussori quoque noceat. *l. 88. P. eod.* Sed quod ad
-bligationem augendam, ut in usuras teneatur fi-
-ejussor, mora rei non nocet fidejussori. *l. 8. P. de*
-o quod cert. loc.

50. Mora unius ex correis debendi non nocet
-teri. *d. l. 32. §. pen. P. h. t.* Imò factum unius cor-
-ei nocet alteri. *l. pen. D. de Duob. re.* Non pugnant.

51. Purgatio moræ locum habet re integra. h.
ante litem contestatam. *l. 84. P. V. O.* ubi autem
-bligatio in diē est contracta, post diem morā pur-
-are non licet, *arg. l. 23. P. de Recept. arb. l. 41. §.*
2. P. de Fideicomm. lib. multò minus purgatio mo-
ræ

ræ admittitur, cum quid promittitur certa die, & simul pœna adjicitur. *l. 23. P. de O. & A.*

52. Licet pacisci, ne sit locus purgationi moræ, *arg. l. pen. C. de pact.* An difficultas præstationis excusat à mora? Neg. *l. 137. §. 4. P de V. O.*

53. Bonæ fidei possessor fructus consumptos industriales percipit irrevocabiliter, etiamsi inde sit factus locupletior. *l. 4. §. 2. P. Fin. reg.* sed sumptuum compensationem admittere cogitur. *l. 48. & 65. P. de R. V.* An & naturales lucratur? Negantium sententiam probat *l. 45. P. h. t.* Sed contraria quoque argumentis non destituitur speciosis.

54. Extantes fructus etiam à solo separatos, tam industriales quam naturales, deductis impensis, domino restituere tenetur. *l. 22. C. de R. V.*

55. Bonæ fidei possessor pro malę fidei possessore habetur, simul atque cognoverit fundum alienum esse. *l. 48. §. 1. P. de A R. D.* Si sit mota controversia, aut lis contestata. *l. 25. §, 7. P. de Petit hered.* Imò pro bonæ fidei possessore habetur, quamdiu fundus evictus non est. *l. 25. §. fin. P. h. t.* Nulla est contradictio.

56. A Bonæ fidei possessore distinguitur fructuarius, qui non aliter fructuum dominus efficitur, quam si ipse eos à solo separaverit. *d. l. 25. § 1. in med.* Quod si moriatur fructibus maturis, nondum tamen à solo separatis, fructus hi ad proprie

tariur

rium pertinent, & ne quidem ad heredes fru-
uarii transmittuntur pro rata temporis, quamvis
axima parte anni usus fructus steterit. *l. 8. P. de*
nn. Legat.

57. Malæ fidei possessor fructus quoscunque
stituere tenetur, tam percipiendos quam perce-
os sive titulum habeat, sive non. *§. 35. Inst. de*
D. & A. R. D. l. 5. C. de R. V.

DE PROBATION.

58. Non sunt probationis species, Confessio
dversarii, *arg. l. 1. & 6. in pr. P. de Confess.* Jusju-
ndum, *arg. l. 11. §. fin. P. de Jurejur.* Fama, *l. 12.*
1. C. de Pœn. Fuga, *l. un. circ. pr. C. de Rapt. virg.*
ov. 8. c. 9. Præsumptio non est probatio, *arg. ru-*
. h. t. transfert onus probandi in adversarium,
g. l. 5. §. 1. l. 8. & 9. P. h. t. Et quando lex præ-
umit & simul disponit, non admittitur probatio
ontraria, quomodo exceptio non numeratæ pe-
uniæ post biennium opponi nequit, licet debitor
robare velit, pecuniam sibi numeratam non esse.
14. in pr. C. de Non num. pec.

59. In causis criminalibus exiguntur probatio-
es luce meridiana clariores. *l. ult. C. h. t. l. 16.*
. de pœn. Imò ad pœnam ordinariam sufficiunt
dicia apertissima & indubitata. *d. l. ult. l. 34. C.*
d l. Iul. de adulter. Non est pugna.

60. Dividit vulgus probationem in plenam &
semiple-

ſemiplenam; quarum illa plenam fidem judici faciat, hæc ſemiplenè probet, veluti ſi ſit probatum teſte uno. Diviſionem hanc rejicimus, *arg. l. 9. §. 1. C. de Teſtib.* An in ſupplementum probationis uno teſte factæ judici jusjurandum deferre licet? Neg. *arg d. l. 9. §. 1. junct. l. 31. P. de Jurejur.*

61. Actore non probante, abſolvendus eſt reus. *l. 4. C. de Edend.* Sed actori, licet nihil probaverit, reo jusjurandum deferre licet. *l. 34. §. 6. & l. 38. P. de Jurejur.* Quid ſi intentionem ſuam probare conatus ſit, & ſpe probandi fruſtratus, non probaverit? Idem judico, *arg. dd. ll. & l. 9. C. de R. C.* Neceſſitas tamen probandi non incumbit ſoli actori, ſed generalius, ei qui dicit. *l. 2. P. h. t.* dicit tam reus quam actor. *l. 21. P. eod.* Dicit, qui rem à poſſeſſore vindicat; is igitur probat, non poſſeſſor, qui fruitur commodo poſſeſſionis. *l. 24. P. de R. V. l. 11. C. de Petit. her.* Factum verò negantis per rerum naturam nulla eſt probatio. *d. l. 2. l. 10. C. de Non num. pec.* Sed hoc propter multas difficultates explicatione indiget.

62. Ante litem conteſtatam ſunt proponendæ & probandæ exceptiones dilatoriæ, quæ concernunt proceſſum & conſtitutionem judicii. *l. pen. & ult. C. de Except.* At quæ concernunt merita cauſæ etiam poſt litem conteſtatam probantur. *l. 19. C. h. t.* Eadem eſt ratio exceptionum peremptoriarum. *l. 8. & 9. C. de Except.* Quod tamen diſtinctionem requirit.

63. Judex cui aliter liquet, quam ex actis & [p]robationibus constat, nec secundum probata, nec [se]cundum conscientiam judicabit.

64. Postquam conclusum est in causa, non ad[m]ittuntur probationes. *Nov. 115. c. 2.* Sed quid? [c]ausa est dubia, seu utrinque æquè plene proba[tu]m est, ut sit deferendum jusjurandum judiciale, [a]n hoc deferri potest post conclusiouem in causa? [A]ffirm. Judici in causa non concluditur, *arg. l.* [.]*n. P. de Interrog. in iur. fac.*

DISPVTATIO DECIMA.

RESPONDENTE

[E]NGELBERTO ENGELEN, W.F. *Daventr.*

De

FIDE INSTRVMENTOR.

APHORISMUS I.

REus non est conveniendus ex indice, exemplo alicujus scripturæ, vulgus vocat copiam, sed ex authentico. *l. 2. P. h. t.* ubi exem[p]lum calumniosa scriptura vocatur, add. *l. fin. P. [d]e Probat.* nisi exemplum publica auctoritate ex [a]uthentico descriptum sit, quod supponimus fa[c]tum fuisse in *l. 57. P. de Administr. tut.* Obtinent [a]utem instrumonta authentica in exercendis litibus

eandẽm vim quam testium depositiones. *l. 15. C. de Fid. instrum.* An igitur crimina etiam instr-mentis probari possunt ? Affirmativa ex *d. l. 1.* evincitur, sic v. g. crimen probari potest literis, e-pistolis; Add. *l. ult. C. h. t. l. 22. C. Ad l. Cornel. de fals. l. 2. C. Quor. appellat. non recip.*

2. In conficiendo inventario inter alia refertu-, ut venerabile signum Crucis manu heredis præp-natur. *l. fin. §. 2. C. de Iur. del.* unde quidam e- necessitate instrumenti requirunt, ut præscribatu- invocatio numinis Divini ; Collectio est inep-, vid. *Nov. 73. c. 5.*

3. Fiunt scripturæ de his, ut, quod actum e-, per eas facilius probari possit. *l. 4. P. de Fid. inst. l. 4. P. de Pignor.* Ad substantiam actuum non pe-tinent. *l. 9. & 10. C. de Fid. instrum. l. 12. C. probat.* atque ideo deperdito instrumento obligat- non est sublata. *arg. l. 20. C. eod.* Imò ne quiden eo casu, quo ex conventione placuit negotium, quod geritur, in scripturam redigi. Subsistit igit- emphyteusis etiam non interveniente scriptura, legitimatio per subsequens matrimonium sine d- talibus instrumentis.

4. Instrumenta privata quæ per hominem pr-vatum sunt conscripta, sive ab alterutro contr-hentium, sive à tertio utriusque consensu, fiden merentur, si de quibuscunque causis seu contracti-bus legitimè conficiantur. *l. 11. C. Qui pot. in pig.*

S

ed cautio est inutilis, cui causa debendi inserta non est, quæ indiscretè loquitur. *l. 25. §. fin. P. de probat.* Privatæ quoque annotationes, seu instrumenta domestica, rationes defunctorum per se non probant pro scribentibus, ut nec fiscus ex suis subnotationibus probationem præbere possit. *l. 5. 6. & 7. C. de probat. Nov. 48. c. 1. §. 1.* neque testatoris scriptura fidem mereatur, si testamento scripserit sibi deberi, quamvis morituri vel maximè censeantur vera loqui. *d. l. 7.*

DE TESTIB.

5. Domestici testimonii fides improbatur. *l. 3. C. de Testib.* unde parentes & liberi, neque pro se neque adversus se, ne quidem volentes, admittendi sunt. *l. 6. C. eod.* Eadem est ratio fratrum, *arg. l. 24. P. de probat.* sed amicum testem nominare licet. *arg. l. 3. in princip. P. d. t.* An infamis repellendus est? Non videtur. *d. l. 3.*

6. Mulieres quoque ad testimonium admittuntur, sive sit causa civilis sive criminalis. *l. 18. P. h. t.*

7. In propria causa nemo testis idoneus intelligitur. *l. 10. C. eod.* Propria est causa, cujus emolumentum ad aliquem suo nomine pertinet. *l. 1. §. 11. P. Quand. appelland.* Unde 1°. Si sit causa universitatis, aut Corporis alicujus, cujus emolumentum ipsam universitatem concernit, singuli municipes testes proferri possunt. *arg. l. 7. §. 1. P.*

Quod cui. univers. 2°. Non eſt adhibenda fide mulieri etiam jurato aſſerenti, ſe à Titio eſſe imprægnatam: Legatariis tamen non denegatur teſtimonium. *§. 11. Inſt. de Teſtam. ordin.* quod reſtringit Duarenus ad teſtamentum ſcriptum: Azo, ſi negotium vertatur heredis. Sed jura non diſtinguunt; ſive igitur ſit teſtamentum ſcriptum, ſive nuncupativum, ſive cauſa agatur heredis ſive legatarij, teſtimonium ejuſdem admittitur.

8. Teſtis non recipitur ad dicendum teſtimonium in cauſa ejus, in quem criminis poſtulatum ſemel teſtimonium dixit. *l. 23. P. h. t.* ſed teſtem à ſe productum, poſtea ab alio contra ſe productum reprobare non licet. *l. 17. C. eod.* An Advocati, aut procuratores in ſecunda inſtantia ſunt teſtes legitimi in cauſa, cui patrocinium ante præſtiterunt? Neg. *l. ult. P. h. t.*

9. Judici cuilibet in teſtes, quorum teſtimoni falſa eſſe perſpexit, pro qualitate delicti animadvertendi licentia conceditur, ut & teſtium præſcriptionem fori rectè rejiciat. *l. 14. C. eod.*

De Sponsalib.

10. Sponſalia in *l. 1. P. h. t.* deſcribuntur mentio & repromiſſio futurarum nuptiarum, quæ etiam deſcriptio probatur à Canoniſtis in *C. noſtrates. 3. caus. 30. q. 5.* atque refutat diſtinctionem Sponſaliorum, quam deſumunt ex *c. pen. & ult. X h. t.* quod ſint ſponſalia de futuro, *Ego recipiam*

n meam, & *Ego te in meum*, aut de præsenti, *Ego* in meam accipio, & *Ego te accipio in meum*. Spon- de præsenti respectu vinculi uxor est, *arg. l. 15. de C. & D. junct. c. cum locum. 15. X. h. t.* An in eris nuptialibus obtinendis sponsa de præsenti toris loco habenda est? Negantium partes tue- nur, *arg. l. 20. C. de I. D.*

11. Sponsalia inter alia dissolvuntur repudio, od vocabulum in strictiori significatione referri et ad sponsalia, atque divortio opponitur. *l. 101.* §. *1. l. 191. D. de V. S.* Et sponsalia dirimun- contrario utriusque contrahentis dissensu, imò unius pœnitentia ac renuntiatione, misso pudio. *l. 1. C. h. t.* ubi hæc formula sæpè adhi- batur, *Conditione tua non utor. l. 2. §. 2. D. de Di- t.* Et si sit justa repudiandi causa, impunè resi- re licet. *l. fin. §. 1. C. h. t.* sin injusta, & penes onsum stet, hic arrhas sponsalitias datas amittit, er sponsam stet, quominus nubat, arrhas dupli- as reddit. *d. l. fin.* Si desponsata præsidi Provin- : deposito officio nuptias contrahere nolit, red- arrhas quas accepit. *l. 38. D. de R. N.* An præ- è cogitur? Neg. *l. un. C. Si Rect. provinc.*

DE NUPTIIS.

12. Matrimonium describitur in *l. 1 D. de R.N.* njunctio maris & fœminæ, consortium omnis æ, divini & humani juris communicatio. Exclu-

ditur polygamia simultanea. *l. 18. C. Ad l. Iul. de adult.* Non respuit definitio legitimum divorti consilium, neque solennem deductionem sponsæ in domum mariti ad matrimonii constitutionem requirit. *l. 22. C. h. t.* An indicat per matrimonium jure Romano induci bonorum communionem? Nihil minus, quod prius proprium cujusque fuerat, proprium manet. *l. 1. §. 15. P. de SC. Silan.*

13. Matrimonium, cui vis aut metus causam dedit, est nullum, *arg. l. 21. §. 3. P. Quod met. cau.* An subsistit matrimonium, si quis devirginatam ab alio pro virgine duxerit? Affirmantium sententia probari solet ex *c. 25. Extr. de Iurejur. caus. 2. quæst. 1. in fin.* Sed negantium partes jure defendi possunt, etiamsi hic error inter legitimas divorti causas in *Nov. 117. c. 8.* non referatur.

14. In nuptiis consensus requiritur parentum, in quorum potestate sunt liberi. *l. 2. P. de R. N.* Non igitur requiritur consensus matris, *arg. §. Inst. de Hered. qual.* aut curatorum. *l. 20. P. de R. N. l. 20. C. de Nupt.* Hinc & filius emancipatus sine consensu patris uxorem ducere potest, & suscept filius ei heres erit, verba sunt *l. 25. P. de R. N.* A nepote uxorem ducente filius consentire debe Affirmat Paulus in *l. 16. P. eod.* Si tamen pater no redditis justis recusationis causis dissentiat, per Magistratum cogitur in matrimonium collocare. *l. 19. P. d. t.* An filius exheredari potest, si sine p tr

is scientia contraxerit matrimonium? Neg. *arg. Nov. 115. c. 3. §. 11.* An de Jure Canon. consensus parentum requiritur? Affirmo tam de necessitate quam de honestate. Neque distinguo inter canones antiquos & recentiores, vid. *c. 23. X. de sponsal. junct. caus. 30. q. 1. c. 1. add. caus. 3. ej. q. 32. q. 2. can. 13. & ult.*

15. Jussus parentum nuptias debet præcedere. *pr. Inst. de Nupt. l. 25. §. 4. F. de A. H.* Ex subsequenti ratihabitione liberi ante illam nati non efficiuntur legitimi, *arg. l. 68. P. de I. D. junct. l. 13. §. 6. P. ad l. Jul. de adulter.* Multo minus matrimonium sine consensu parentum contractum convalescit, propter solam copulam: Contradicit Paulus in sententiis, ac propter publicam nuptiarum utilitatem eas quæ injussu parentum contractę sunt non dissolvi tradit, adeoque legem hanc civilem imperfectam esse asserit Cujacius. Verum manifestum eos errorem committere, patet ex *§. pen. Inst. de Nupt. l. 11. P. de Stat. hom.*

16. Duorum fratrum vel sororum liberi conjungi inter se non prohibentur. *l. 19. C. de Nupt.* quas tamen nuptias improbat Ius Canonicum, *c. 8. X. de Consanguin.* Duo comprivigni *ἀλληλοπρόγονοι* matrimonium rectè contrahunt, licet fratrem communem ex novo parentum matrimonio susceptum habeant. *l. 34. §. pen. P. de R. N.*

DE JVR. DOT.

17. Dos non eſt jus, multò minus jus univerſale, ſed res, quę datur marito pro ſuſtinendis oneribus matrimonii. *arg. l. 76. in fin.* P. *& l. 20.* C *h. t.* Unde 1°. non eſt propriè dos promiſſa, dotem numeratio, non ſcriptura dotalis inſtrumenti facit *l. 1. C. de Dot. caut. non num.* 2°. Non eſt dos ſoluto matrimonio. *l. 3.* P. *h. t. l. 1.* P. *Pro dot.* 3°. Dos non eſt cauſa lucrativa. *l. 19.* P. *de O. & A.*

18. Qui liberos, quos habent in poteſtate, dotare non volunt, per Proconſules & provinciarum Præſides dotare compelluntur. *l. 19.* P. *de* R. N. Non igitur parens dotare compellitur filiam emancipatam, aut naturalem. *l. 14. C. h. t. l. 8. C. de Natur. lib.* An ſine patris conſenſu nubentem? Neg. nulla hîc dos intelligitur, nullæ nuptiæ, injuſti liberi, nec eſt locus exactioni dotis promiſſæ. *§. pen. Inſt. de Nupt.* An pater filiam locupletem quæ pleno dominii jure bona acquiſivit, dotare tenetur? Negantium rationes ſunt plauſibiles. Mater pro filia dotem dare non cogitur, niſi ex magna & probabili cauſa, vel lege ſpecialiter expreſſa. *l. 14. C. h. t.* eadem eſt ratio fratrum & ſororum. Sed tutor pro modo facultatum & dignitate natalium dotem conſtituere debet. *l. 69. §. 5.* P. *h. t.* neque in hac dotis conſtitutione exigitur decretum magiſtratus. *l. 1. C. Si adv. dot.*

19. Nulla

19. Nullâ lege prohibitum est, universa bona in dotem marito dare fœminam. *l. 4. C. de I. D.* Si mulier omnia bona doti dederit, dote generali bona futura non comprehendi verisimile est, *arg. l. fin. C. Quæ res pign. oblig. junct. l. 7. P. de Aur. argent. legat.* Neque mulier, si simpliciter nullâ expressim dote constitutâ matrimonium contraxerit, omnia bona in dotem dedisse præsumitur, *arg. l. un. C. de Repud. junct. l. 25. D. de Probat.* Nominibus in doten datis, utilis marito actio ad similitudinem ejus qui nomen emerit datur. *l. 2. C. de O. & A.* & pro oneribus matrimonii usuras quoque lucratur. *l. 71. P. h. t.* An & reditum merè personalem, seu vitalitium, ut loquuntur? Distinctionem excogitavit Fr. Sarmiento, ut si bonis omnibus in dotem datis talis reditus etiam contineatur, annuæ pensiones soluto matrimonio â marito sint restituendæ; Sed si reditus iste specialiter in dotem datus fuerit, exemplo usurarum pensiones illas percipiat. Quæ distinctio non placet, & meliori fundamento simpliciter propugnabimus, maritum lucrari reditus vitalitios, neque ad restitutionem eorundem soluto matrimonio teneri. *arg. d. l. 2. l. 37. P. de Vsufr. leg.*

20. Pater dotem promisit indefinitè, nec speciem ullam aut quantitatem expressit, an valet promissio? Affirm. *l. 69. §. 4. P. de I. D.* An vasallus locando filiam feudum in dotem dare potest? Negat *c. un. §. 1. Qual. ol. feud. pot. alien.*

21. Dos promissa pacto nudo exigitur condictione ex lege. *l. 6. C. de Dot. promiss.* Hoc pactum ex sententia quorundam est legitimum, & quod in se συνάλλαγμα habet, non nudum. Stolidè. Pactum quod lege confirmatur, manet nudum, & nullum pactum qua tale habet συνάλλαγμα. *l 6. l. 7. §. 2. & 4. P. de Pact.*

22. Si res aliena sit data in dotem, maritus conditionem usucapiendi consequitur. *tit. P. pro dot* & si res eadem â domino evincatur, mulier marit evictionis nomine tenetur, quod tamen adhibit distinctione temperandum est ex *l. 1. C. de I. D.* S ergo verus dominus rem marito in dotem dederit maritus quoque verum dominium consequitur *arg. l. 74. P. de Contrah. empt.* Dos justa causa est ex qua naturale dominium in maritum transfertur *§. 40. Inst. de R. D. & A. R. D.* Sed movet dif ficultatem *l. 30. C. de I. D.* Cęterum dominium ma riti est revocabile & obnoxium restitutioni solut matrimonio, vid. in simili *l. 66. P. de R. V.* Und prędium dotale inæstimatum maritus alienare pro hibetur, licet mulier consentiat. *l. un. §. 15. C. d R. V. A. tot. tit. P. & C. de Fund. dotal.* An tenet a lienatio, si mulier juramento eam confirmaveri Neg. *arg. l. 5. C. de Ll.* Jure Canonico alienati jurejurando confirmata est efficax. *c. Cum contin gat. 28. X. de Iurejur.* Imò jure civili novissim fundus dotalis rectè alienatur, si mulier iterat conse

consentiat, & maritus sit solvendo. *Nov. 61. c. 1. §. 3.*

23. Si mulier vel ejus pater in dote promissa solvenda moram committat, expellendam eam & ad patrem remittendam esse, sic loquuntur, judicant Dd. multi. Quod est absurdum & contrarium *l. fin. C. de Repud.* Controvertitur, an ob dotem promissam non solutam ex mora debeantur usuræ? Affirmant Dd. plerique, quod actio de dote sit bonæ fidei. Pessimè, confundunt actionem ex stipulatu, qua ex speciali privilegio mulier soluto matrimonio dotem reposcit, quæ est bonæ fidei. *d. l. un. §. 2. C. de R. V. A.* & actionem ex stipulatu, qua maritus dotem promissam petit, quæ stricti juris est, adeoque non debentur usuræ, nisi specialiter per stipulationem sint promissæ. *l. 2. C. de Dot. promiss. l. 21 §. 1. l. 54. P. de Donat. int. vir. & uxor.* Citra stipulationem debentur usuræ, si ex tempore matrimonii biennium sit transactum. *l. fin. §. 2. C. de I. D.*

24. Pro dote, quam maritus accepit, conservanda vel restituenda constante matrimonio pignus exigere licet. *l. 7. §. 6. P. de Donat. int. vir. & ux.* non etiam fidejussorem. *tit. C. Ne fidejuss. dot. dent.* An fidejussor, quem maritus sponte uxori exhibuit, obstringitur? Neg. *arg. l. 1. & 2. C. eod.*

25. Dos â patre profecta, si mulier filiafam. in matrimonio decesserit, ad patrem redire debet,

verba

verba sunt *l. 4. C. Sol. matrim.* De filiafam. loquitur lex, sed vocabulum istud quasi Interpretis non ita acuti non necessario expungit Goveanus: quia fuit forte Imper. locutus de tali facti specie, non ut excluderet filiam emancipatam, cui etiam dos â patre profecta profectitia dicitur. *l. 5. §. 11. P. de I. D.* præsertim cum ratio recipiendæ dotis eadem militet in filia emancipata, ac in filiafam. ne pater & filię amissę & pecuniæ damnum sentiret. *l. 6. P. eod.* Add. *l. 71. P. de EvictIon. l. 10. & 59. P. Sol. matrim. l. 5. P. de Divort.* Controversia est difficilis, an etiam tunc dos profectitia ad patrem revertatur, si liberi supersint? Affirmantium sententiam probant *dd. ll.*

26. Si mulier ex stipulatu de dote experiatur, gaudet privilegio & tacitæ hypothecæ, & protopraxias, ut loquitur Plinius, seu prælationis, ac præfertur creditoribus anterioribus, non tantum tacitam sed & expressam hypothecam habentibus. *l. 12. C. Qui pot. in pign.* Quod privilegium locum sibi vindicat in dote numerata, in cauta vel confessa non æquè. *l. 1. C. de Dot. caut. non num.* atq; est personale, & solius mulieris providentia inductum. *d. l. 12. §. 29. Inst. de Action.* Ad heredes igitur ejus non transit, *arg. l. 68. P. de R. I.* ne quidem ad liberos, nisi concurrant cum noverca posterioris matrimonii. *d. l. 12.*

27. Ob impensas in res dotales factas maritus

dotem

dotem retinere nequit. *d. l. un. §. 5. C. de R. V. A.* Controversum est, an in dotis repetitione compensatio locum inveniat? Affirm. *l. 7. §. 5. P. Sol. matrim.* qui textus cum non sit specialiter correctus, quare stare prohibetur? *l. 27. C. de Testam.*

De Divortiis.

28. Inter causas matrimonii dirimendi refertur Adulterium, quo ipsum quoque vinculum matrimonii dissolvitur, atque ideo parti innocenti novarum nuptiarum potestas deneganda non est: Imò & quandoque parti nocenti, ubi crimen adulterii non est capitale, novarum nuptiarum copia concedenda. *Nov. 22. c. 15. & 18.* Cæterum innocenti adulteratam penes se retinere aut pœnitentem recipere licet. *Nov. 117. c. 8. Nov. 134. C. 10.* quod fieri videtur, si ab usura corporis non abstineat, *arg. l. 13. §. pen. & ult. P. Ad L. Iul. de Adulter. §. fin. Inst. de Injur.* An si juraverit maritus, se uxorem non dimissurum, non obstante jurejurando propter subsequens adulterium mulier repudiari potest? Affirm. An propter desertionem malitiosam divortium facere licet? Affirm.

De Tutelis.

29. Tutela, quę non tam ex jure civili, quam ex jure gentium orta est. *§. pen. Institut. de Attil. tut.* triplex est, testamentaria, legitima & dativa. *l. 52. C. de Episcop. & cleric.* Testamentaria pręcedit, adeò

deò ut nec quamdiu tutor ex testamento speratur
legitimus admittatur. *l. 11. P. de Testam. tut.* Te-
stamento dat tutorem pater filiis, quos in potesta-
te habet, etiam exheredatis. *l. 4. P. de Testam. tut*
non emancipatis, sed si his de facto tutor detur
confirmandus est citra inquisitionem. *§. ult. Inst*
eod. Disquiritur, num ita confirmatus sit dicendu
testamentarius, an dativus? Posterius legibus con
veniens est, quia ille demum pro testamentario ha
bendus, qui ritè datus est. *l. 3. §. 1. P. de Testam*
tut. Mater igitur testamento tutorem non dat ritè
sed ab ea datus *μετ᾽ ἐξετάσεως* confirmatur, si fi
lium heredem instituerit. *l. 4. 10. §. 2. P. eod.* Quo
mutatum non est *l. 4. C. eod.* neque necesse est i
hoc rescripto Alexandri expungi negationem.

30. Dantur tutores testamento tam filiifamili
as, quam patresfamilias, non obstante patria po
testate. *princ. Inst. d. t.* Et si filius tutelam admini
straverit, parens ex ejus administratione tenetu
peculio-tenus. *l. 21. P. de Admin. tut.*

31. Fœminæ tutores dari non possunt, quia i
munus masculorum est. *l. fin. P. de Tutel.* Sed tu
tela officium virile est, *plerumque. l. 16. P. eod.* qu
vocula respicit ad jus novum, quo mater & av
sunt tutrices legitimę, modò secundis nuptiis &
SCto Vellejano renuntiaverint. *Nov. 118. c.*
Auth. matri & aviæ. C. Quand. mul. tutel. offic. Mu
lier igitur SCto Vellejano renuntiare non proh
betu

·etur, *arg. l. 40. P. de Cond. indeb.* Quod accipio ·am de renuntiatione extrajudiciali, quam judi-·iali. *l. ult.* §. *pen. P. Ad SC. Vell.* Quod ſi mater ·t avia ad ſecunda vota convolaverint, tutela pri-·antur & rationem adminiſtrationis reddere te-·entur. *Nov. 22. c. 40. Nov. 94. & 158. Auth. ſa-·amentum. C. Quand. mul. tut. offic.* An mortuo ·arito ſecundo eam recuperant? Nequaquam. ·n pater, ſi ſecundas nuptias contraxerit, amittit ·itelam? Non videtur.

32. Tutela dativa â magiſtratu cui hoc jus ſpe-·ialiter conceſſum eſt conſtituitur. *princ. Inſt. de ·ttil. tut.* Tutelæ datio non eſt juriſdictionis nec ·nperii, ſed ei competit, cui nominatim hoc de-·it, Lex, vel SCtum, vel Princeps. *l. 6. §. 2. P. · Tutel.* non eſt imperii meri, quod certiſſimum, ·ec mixti, quod cohæret juriſdictioni, atque cum · tranſit. *l. fin. §. 1. P. de Offic. ei cui mandat. eſt ·riſdict.* Hoc igitur jus aliis magiſtratibus deman-·ari nequit. *l. 8. P. de Tutor. dat.* Sed cognitio de ·ſpectis tutoribus eſt juriſdictionis ordinariæ, a-·eòque aliis recte mandatur. *l. 1. §. 4. P. de Suſp. tut.*

33. Prodigus non excidit adminiſtratione ipſo ·re, ſed decretum magiſtratus interdicentis requi-·itur, *arg. l. 1. & 10. P. de Curat. furios.* Et poſt ·nc interdictionem ne quidem naturaliter obli-·tur, *arg. l. 6. P. de V. O.*

34. Ex quibus cauſis mutuæ naſcuntur actio-

nes,

nes, contrahentes cum pupillis obligantur, veru ipsi pupilli non obligantur. *princ. Inst. de Autor. tut* Quod de obligatione civili accipiendum est; Naturaliter enim ex contractibus suis obligantur. *l. 1. in fin. P. de Novat.* etiamsi non sint facti locupletiores. *l. 25. §. 1. P. Quand. di. legat. l. 127. P. d V. O.* nec, si sint facti locupletiores, obligantur civiliter. *arg. l. 5. P. de Autor. tut.*

35. Auctoritas requiritur in ipso negotio; pos tempus alioqui vel per epistolam si fuerit interposita, nihil agitur. *l. 9. §. pen. P. eod.*

36. Donationes, licet mortis causa, à tutore factæ, non valent. Sed novare, & rem in judicium deducere non prohibetur. *l. 22. P. de Administ. tut* Transigere quoque potest. *l. 54. §. fin. & l. 56. § 4. P. de Furt.* An pactio vel transactio cum uno e tutoribus nomine pupilli vel adolescentis inita reliquis prodest? Neg. *l. 1. C. de Transact.*

37. A tutoribus & curatoribus eadem diligentia exigenda est, quam paterfamilias præbere sole rebus suis. *l. 33. P. de Admin. tut.* De culpa igitu lata & levi duntaxat tenentur. *l. 7. C. Arbitr. tut* An tutor periculum nominum à se contractorun sustinere cogitur? Neg. *arg. d. l. 33. jung. l. 111 P. de C. & D.*

38. Curatorem habenti, quominus alius curator detur, regula juris non est impedimento, ver ba sunt *l. 20. §. 1. P. de Tutor. dat. ab his.* sed tutor habent

habenti regulariter alius tutor non adjungitur, *l.* 17. P. *de Testam. tut.*

DISPVTATIO VNDECIMA.

RESPONDENTE

THEODORO RVTGERI, *Aertensi.*

De

DE CVRATORIBVS.

APHORISMUS I.

IN cura ordinaria sunt minores 25. annis, adulti puberes, sed volentes, sed desiderantes. *l. 13. §. fin. P. de Tutor. & Cur. dat.* Petentes. *l. 2. §. 4. & 5. P. Qui pet. tutor.* Si pubes curatore destituatur, ex contractu eum civiliter obligari, consentiunt plerique, quamvis per restitutionem in integrum contra læsionem ei succurratur. At si minor habens curatorem, quem sponte accepit, bona vendiderit, hunc contractum servari non oportet. *l.* 3. *C. de In Int. restit. min.* An igitur sine curatoris sui consensu civiliter ex contractibus non obligatur? Quia obligatio non afficit bona, sed personas. *l. 3. P. de O. & A.* civiliter quoque hoc casu eum obligari asserimus. *l. 101. P. de V. O.* In cura extraor-

dinaria sunt furiosi, prodigi. *tit.* P. *de Curat. furios. & al. extr. ord.* quibus à magistratu interdictum est bonis, & hi post interdictionem ne quidem obligantur naturaliter, *arg. l. 40.* P. *de R. I. l. 6.* P. *de V. O.* An meretrici dandus est curator? Satis ridiculè id probari solet ex *l. 15.* P. *de Curator. furios. & al.* An cæco? Affirmativa Donelli sententia destituitur legitimâ probatione.

De Suspect. Tutor.

2. Qui non gerunt tutelam aut curam ex fide, removentur ut suspecti. *tot. tit.* P. C. *& Inst. h. t.* quod judicium est quasi publicum, & suo sensu populare, *arg. l. 1. §. 6.* P. *eod.* Effectus remotionis est, ut modò cum infamia â tutela abeant, modò salvâ ἐπιτιμία, integrâ existimatione. Remoti, si quidem ob dolum, sunt famosi; ob culpam non æquè. *§. 6. Inst. eod.* Intelligendum hoc de culpa levi, non levissima, de qua eos non teneri asseruimus Disputatione præcedenti *aph. 37.* An remoti ob culpam latam notantur infamiâ? Affirm. *d. §. 6. junct. l. 226.* P. *de V. S.*

De Excusation.

3. Qui potestatem aliquam seu majus imperium habent, â tutela excusantur. *§. 3. Inst. h. t.* An & Magistratus municipales? Affirm. Datio quidem ipso jure valet. *l. 19.* P. *de Tutor. dat. ab his* verum

rum constringi nequeunt, ut durante administratione delatam tutelam suscipiant. *l. 6. §. 16. h. t.*

4. Eodem quoque jure gaudent clerici (qui a; omnibus derelictis, Dei omnipotentis ministriis inhærere debent,) uti habent verba *l. 52. C. Episcop. & cler.* quod ob rationis paritatem ad Verbi divini ministros quidam porrigere solent.

5. Excusant se tutores cujuscunq; generis sint, e. qualitercunque dati sint. *§. 16. Inst. de Excus.* am legitimi. *l. 9. C. de Excus. tut. l. 9. C. Qui r. tut.* sed si habitent intra lapidem centesimum, tra dies quinquaginta continuos excusationis causas proponere debent. *l. 38. P. h. t.* An à da- ne licet appellare? Nequaquam. *l. 1. §. 1. P. and. appell.* An per libellum se tutor excusare po- ? Neg. *l. 25. P. h. t.*

DE TVTEL. JVDIC.

6. Judicium tutelæ directum nisi sit tutela fini- non datur. *l. 4. in pr. P. de Tutel. & rat. distr.* An telâ durante pro universa administratione actio nata? Non videtur. *arg. d. l. 4. & l. seq. P. d. t.* qui cum curatore etiam manente administra- ne agi potest. *l. 26. P. de Admin. tut.* Distinctio- hîc opus est. Eadem actione tutor post morã te- ur in usuras, & licet converterit pecuniam pu- larem in usus suos, legitimas usuras præstare te- ur. *l. 1. C. de Vsur. pupillar.*

7. Heres tutoris ob dolum & culpam latam defuncti tenetur in solidum, non in quantum pervenit. *l. 12. & 49. P. de O. & A.* De qua culpa quoque conveniendi sunt heredes Magistratuum minorum, qui omnino non curaverunt satisdari, aut non idoneè passi sunt caveri. *l. 2. C. de Magist. conv.* Magistratus majores actione subsidiaria non tenentur. *§. ult. Inst. de Satisdat. tut.*

DE TESTAMENTIS,

8. Hereditas defertur, vel ex Testamento, vel â Lege, ab intestato. *l. 1. & 2. P. de Petit. hered.* Testamentaria successio præcedit, Lex defert hereditatem, si de ea defuncti dispositio cesset. An ex pactis defertur hereditas? Nequaquam. Pactum de succedendo tam negativum quam affirmativum de jure improbatum est. *l. ult. C. de Pact.* ... *ult. P. de Su. & leg. her.* ut ne quidẽ jurejurando adhibito pactum vires consequatur, *arg. l. 5. C. de L.*

9. Testamentum juris gentium est, testamenti factio juris civilis, quod solidè â Cujacio ostenditur, & nimis acerbè â Bachovio carpitur.

10. Filiusfamilias testari potest de bonis castrensibus vel quasi castrensibus, de profectitiis, & adventitiis, ne quidem patre permittente. *l. 6. Qui testam. fac.* ut nec testamentum tale clausula codicillari adjecta confirmetur. An sustinetur in casibus, quibus in bonis adventitiis obtinet filius plenum

penum dominium? Neg. *l. pen. C. eod.* nec ulli-
rrestrictum effatum generale *pr. Inst. Quib. non permiss. fac. testam.* Neque hoc corrigit *Nov. 1. c. 1. §. 1.* si fons Græcus accuratè examinetur, il, ὃν βȣ́λονται τρόπον διοικεῖν.

11. Deportati quoque testari prohibentur. *l. 8. §. 2. p. d. t.* etiam de bonis post deportationem quæsitis. *l. 2. C. de Bon. proscript.* An propter *Nov. 1. c. ult.* hoc mutatum est? Neg *arg. l. 32. in fin. C. de Appellat.*

12. Emphyteutæ testamenti factio activa super jure emphyteutico permissa est. *l. 71. §. pen. & ult. de Legat. 1.* nec hoc correctum est per *l. ult. C. de Jur. emphyt.* At super feudo nulla vasalli ordinatio valet. *c. un. in princ. de Success. feud.* An dispositio subsistit, si domini consensus accedat? Neg. : distinguo inter feudum novum & vetus.

13. In testamento septem testes adhiberi debent. *l. 12. C. h. t.* excipitur testamentum patris, cujus dispositio inter liberos qualiscunque sustinetur, ut nec unum testem desideret. *l. 16. & fin. C. Fam. ercisc.* Dubitatur, num tale testamentum ratione solennitatum imperfectum jure testamenti, an jure successionis ab intestato subsistat? Prius aff. *d. l. fin.* sed si extranea persona liberis sit mixta quantum ad eam extraneam dispositio infirmatur. *l. 1. §. 1. C. de Testam. ordin.*

14. Milites quoque, non tamen stationarii, imò

nec limitanei, sed in expeditione degentes, στρατοπέδῳ διάγοντες, ut reddunt Basilica, sui privilegiati, ut eorum testamenta, etiam nullo ac hibito teste, valeant, *arg. l. 40. P. de Testam. mi* si in scriptis testamentum confecerint; sin viv voce, duos testes requirimus, ne falsa testamen militibus supponantur, §. *1. Inst. de Testam. mili* An milites nostri seculi gaudent privilegiis milita ribus? Affirm. quod non mutatur, quare stare pro hibetur? sic loquitur Imp. in *l. 27. C. de Testam.*

15. Tempore contagionis testes simul jungi sociari non est necesse, *l. 8. C. h. t.* An in testamen to tempore pestis condito sufficiunt duo vel quin que testes? Affirmat communis Dd. schola con tra manifestum tenorem *d. l. 8.*

16. Testamentum confici debet uno & eode contextu, actus alienus vitiat testamentum. *l. 2* §. *fin. P. Qui testam. fac.* Contractus igitur in te stamentis celebrari nequeunt. *arg. l. 20. P. de V.* *junct. d. §. fin.*

17. Testamentum scriptum signandum e præcisè annulo, habente χαρακτῆρα, aliud im pressum signum non sufficit. *l. 22. §. 5. P. Qui te stam. fac. poss.* quod ad scrupulosam testandi soler nitatem meritò refertur à Cujacio, cui hic iteru contradicit Bachovius: Utrum autem annulus test sit proprius, an alienus, non refert. *d. l. 22. §.*

§.

§. 5. *Inst. de Testament. ordin.* Sed singulos testes qui in testamento adhibentur proprio chirographo adnotare convenit, quis & cujus testamentum signaverit, verba sunt *l. pen. P. Qui test. fac.* Qui verò alieno annulo usus est, An id in subscriptione profiteri tenetur? Hæc solennitas non est in jure expressa.

18. Testes adhibendi sunt, cum quibus testamenti factio passiva est. §. *6. Inst. h. t.* Et testium conditionem inspicimus, quo tempore testamentum ordinatur, non tempore mortis. *d. l. 22. §. 1.*

19. A testimonii dictione arcentur servi. *d. §. 6.* An & monachi? Neg. Quod si servi eo tempore quo testamentum signabatur communi opinione liberorum loco habiti sint, testamentum valet. *l. 1. C. h. t. §. 7. Inst. eod.* An quia error communis facit jus? Nihil minus. An si impubes per errorem pro pubere adhibeatur, testamentum sustinetur? Non videtur, *arg. l. 14. P. de Ll.*

20. In testamentis reprobatum est testimonium domesticum, quod hîc restringitur ad eos qui sunt subjecti potestati testatoris. §. *9. Inst. h. t.* Filius igitur emancipatus in testamento patris testis esse non prohibetur: Eadem est conditio legatariorum, qui ad testimonium admittuntur in testamento tam nuncupativo quam scripto. §. *11. Inst. d. t.* An mariti testimonium in testamento uxoris admittitur? Jura eum non rejiciunt. Idem judicandum de mercenariis nostris.

21. Rumpitur teſtamentum Agnatione poſthumi, etiamſi teſtamento ſit ſubjecta clauſula codicillaris. *l. 8 P. de Injuſt. rupt. irr.* & nihil intereſt, utrum teſtator ſciverit uxorem prægnantem eſſe, an ignoraverit.

22. Rumpitur quoque teſtamentum prius poſteriori æquè perfecto, etiamſi priori ſit inſerta clauſula codicillaris, aut derogatoria aliarum voluntatum. *l. 1. P. de Injuſt. rupt.* Nemo enim hanc legem ſibi dicere poteſt, ut à priori voluntate recedere non liceat. *l. 22 P. de Legat. 3.* An, ſi teſtator juraverit ſe prius teſtamentum non mutaturum, jusjurandum vires habet? Neg. *arg. l. 5. C. de Ll.* Imò etiam ſi teſtamenti poſterioris heres ſit ſcriptus in re ſingulari, rumpitur prius. *§. 2. Inſtit. Quib. mod. teſt. infirm.* Non igitur heres rei ſingularis propriè eſt legatarius. *l. 43. §. fin. P. de Vulg. & pup. ſubſtit.* Quid ſi coheredem habeat? Idem judico.

23. Teſtamentum poſterius imperfectum rumpit prius perfectum duobus caſibus, qui recenſentur in *l. 2. P. de Injuſt. rupt.* Diſputatur, an teſtamentum poſterius imperfectum ob præteritionem filii etiam rumpat prius perfectum iiſdem caſibus? Affirm. *arg. d. l. 2.*

24. Non adita hereditate teſtamentum fit irritum, neque virtute clauſulæ codicillaris ſuſtinetur. *d. l. 1. P. de Injuſt. rupt.* Minima quoque ca-

pitis

tis diminutione testamentum fit irritum, non
uavis; non emancipatione. *l. 6. § fin. P. eod.* sed
rrogatione. l. *12. §. 2. P. de Bon. possess. sec. tabb.*

25. Testamentum rescinditur inofficiosi quela, cujus hodie non est minor usus quam fuit om. *arg. Nov. 115. c. 3.* An querela viam præarat petitioni hereditatis? Neg. Judicio isto & scinditur testamentum, & ab intestato petitur ereditas. *l. 8. §. 8. & l. 20. P. de Inoffic. testam.* Et parentes per querelam inofficiosi filium reddierint intestatum, cum iis quoque fratres, & fraum præmortuorum filii ab intestato succedunt, *rg. Nov. 118. c. 2. junct. l. 6. §. 1. P. de Inoffic. test.*

26. Legitima, quæ juris civilis est, hodie est ncta, ut si non extent plures, quam quatuor lieri, sit triens; sin plures, semis. *Nov. 18. c. 1* An ucta etiam est legitima parentum, fratrum & sorium? Affirm. *arg. d. c. 1. in fin.* Idem defendi otest de quarta debita liberis adrogatis à patre drogatore exheredatis aut sine justa causa emanipatis. *arg. ejusdem cap. 1.*

DE HEREDIB. INSTIT.

27. Qui liberos in potestate habet, curare deet, ut eos vel heredes instituat, vel nominatim xheredet, alioqui si parens filium silentio præterierit, testamentum ipso jure est nullum. *l. 4. C. e Lib. præter.* ut nec legata, nec fideicommissa in

tali teſtamento relicta debeantur. *l. 17. P. de Injuſ rupt. irr.* nec illud adjectâ clauſulâ codicillari con firmetur, *arg. l. 2. P. de Legat. 3. junct. l. 88. §. fin P. de Legat. 2.* Atqui prætor filio ſuo præterit concedit bonorum poſſeſſionem. *l. 1. P. de Bon poſſeß. contr. tabb.* Hæc non ſunt contraria. Præ teritio matris vel avi materni habetur pro exhere datione; teſtamentum ipſo jure valet, ſed ſubver titur querela inofficioſi. *l. 15. C. de Inoffic. teſtam* An hoc mutatum eſt per *Nov. 115. c. 3.*? Neg.

28. Liberi jam nati ne quidem jure veteri ſin juſta cauſa exheredari poterant. *l. 7. P. de Bon. damn* ſed cauſæ erant arbitrariæ, hodie ſunt certo nume ro definitæ. *d. Nov. 115. c. 3. & 4.* An præte cauſas enumeratas admittendæ ſunt aliæ? Negati va ſententia eſt vera. An filiusfam. ſi ſine patri conſenſu nuptias contraxerit, exheredari poteſt Neg. *arg. d. Nov. 115. c. 1. §. 11.* An exheredatio quæ fit bona mente, olim valuit, & etiamnum ho die valet? Affirmantium partes erudite defendi Joh. â Sande.

29. Deportatus heres inſtitui nequit; Et ſi de facto inſtituatur, acquiritur hereditas coheredi vel in defectum ejus heredi ab inteſtato venienti *l. 1. C. de Hered. inſtit.*

30. Heres inſtituitur vel nominatim, vel indu bitali ſigno, quod vice nominis eſt, demonſtratur *l. 1. & 58. P. eod.* modò contumeliam adjunctam non

non habeat. *l. 9. §. 8. P. d. t.* Nec adverſatur *l. 48. §. 1. P. h. t.*

31. Ex certo tempore vel ad certum tempus heres inſtitui nequit, ſed vitio temporis ſublato pura manet inſtitutio. *l. 34. P. h. t.* ſub die incerto, quæ in teſtamento conditionem facit. *l. 75. P. de C. & D.* heredem inſtituere licet, & conditio ſi ſit poſſibilis, adjecta inſtitutioni, eam ſuſpendit, *§. 9. Inſt. h. t.* ſin impoſſibilis, pro non ſcripta habetur. *l. 1. 9. & 14. P. de Condit. Inſtit.* An, ſi heres purè inſtitutus ſub conditione iterum inſtituatur, inſtitutio pro pura habenda eſt? Affirm. *l. 27. §. 1. & l. 67. D. h. t.* Conditio, *ſi ſine liberis*, teſtamento inſerta, non extinguitur commento adoptionis. *l. 76. P. de C. & D.* De liberis naturalibus non legitimatis, eſt quæſtio voluntatis, quæ ex dignitate, mente & voluntate ejus qui fideicommiſit, explicanda eſt. *l. 17. §. 4. P. Ad SC. Trebell.* Controvertitur, num eâdem conditione, *ſi ſine liberis*, à teſtatore expreſſa liberi ſint vocati ex teſtamento, an ab inteſtato ſuccedant? Poſterius affirm. *arg. l. 1. C. de Pact.* Quomodo ſi noviſſimo filio impuberi pupillariter ſubſtituatur, inter liberos jus legitimarum hereditatum integrum conſervatur. *l. 37. P. de Vulgar. & pupillar. ſubſtit.* & non obſtante ſubſtitutione mater una cum liberis ad ſucceſſionem ab inteſtato admittitur, ex *Nov. 118. c. 2.*

De

DE SVBSTITVTION.

32. Si filiusfam. heres instituatur, eique, si here non sit, extraneus substituatur, filio repudiante pater â substituto excluditur, *arg. l. 19. P. de C. & D l. 3. C. de Her. instit.*

33. Substitutio vulgaris fit in testamento, nec in codicillis facta in vim fideicommissi sustinetur, *l. 6. in pr. P. de Iur. codicill.* aliud est in substitutione pupillari. *l. 76. P. Ad SC. Trebell.*

34. Præter vulgarem & pupillarem substitutionem non dantur aliæ species, non reciproca, breviloqua, compendiosa, fideicommissaria, quæ non tam substitutio est, quam restitutio, & substitutioni opponitur *§. fin. Inst. de Pupill. substit. Rubr. C. de Institut. substitut. & restitut.*

35. Formula vulgaris substitutionis, *si heres non erit*, comprehendit casum utrumque & noluntatis & impotentiæ. *l. 69. P. de A. H.* An expressus casus noluntaris extenditur ad casum impotentiæ? Neg. *arg. l. 4 & 21. P de Vulg. & pupill. substit.* In quam partem admittitur substitutus servo instituto, quem testator liberum esse putavit? In dimidiam. *l. 41. P. de Her. instit.* juxta vulgatum canonem, ὁ λέγων μέρος, καὶ μὴ προσθεὶς ποῖον, τὸ ἥμισυ δηλοῖ, *qui dicit partem nec adjicit quotam, dimidiam significat. l. 164. §. 1. P. de V. S.*

36. Si

36. Si filiofam. vulgariter substituatur, non ...tinguitur hac substitutione suitas seu jus sui. An ...stituti heres hoc casu substituto præfertur? Af...rm. *l. un. §. 3. & 13. C. de Caduc. toll.*

37. Si instituto heredi, coherede substituto da...o, alius substituatur ex rescripto Severi & Anto...ini, sine distinctione hic ad partem utriusque ad...mittetur, non accrescendi sed substitutionis jure ... *27. & 41. P. de Vulg. & pup. substit.* Graviter ad...ersari videtur *l. 47. P. eod.* Non est antinomia.

38. Si minor institutus contra aditionem resti...uatur, substitutio per aditionem extincta propter restitutionem non redintegratur, *arg. l. 5. C. de impub. & al. substit.* An igitur substituto ita exclu...o fiscus præferetur legitimo successori ab intestato venienti? Fisco deferunt hanc hereditatem Alcia...tus & Goveanus. Nos legitimos heredes fisco præponimus, *arg. l. 6. C. de Legit. hered. junct. l. 10. P. de Iur. fisc.*

39. Uti substitutio vulgaris expressa continet pupillarem tacitam; sic sub substitutione pupillari expressa vulgaris tacita continetur. *l. 4. in pr. & §. 2. P. de Vulg. & pup. substit.* Ac casu utroque ma...trē à successione filii impuberis excludi verius est, *arg. d. l. 4.* An casu pupillaris substitutionis exi...stente mater legitimam exigere potest? Neg. *arg. l. 8. §. 5. P. de Inoffic. testam.*

40.

40. Subſtituit pupillariter, non mater, ſed ſolus pater, liberis impuberibus, quos in poteſtate habet. *pr. Inſt. de Pupill. ſubſtit.* Et hoc caſu tempore utroque exigitur poteſtas patria, & ſubſtitutionis & mortis teſtatoris. *l. 4. §. 2. P. de Vulg. & pupill. ſubſtit.*

41. Subſtituitur pupillariter liberis non tantum inſtitutis ſed & exheredatis. *l. 1. §. 2. P. eod.* exheredati manent ſui heredes. Vid. *l. 20. P. de Bon. poſſeß. contr. tabb.* Filiofam. præterito nec vulgariter nec pupillariter ſubſtituitur. *l. 14. §. 1. P. de Lib. & poſthum.*

42. Prius debet pater ſibi heredem ſcribere, deinde filio ſubſtituere pupillariter, ordo converſus nocet teſtamento. *l. 2. §. 4. P. de Vulgar. & pup. ſubſtit.* An reſciſſo patris teſtamento ſubſtitutio pupillaris ſuſtinetur? Neg. Teſtamentum patris eſt principale, διαθήκη αὐθεντικὴ, filii eſt acceſſorium, *§. 5. Inſt. de pupill. ſubſtit.* Suntne igitur hic duo teſtamenta? In rei veritate unum eſt teſtamentum.

43. Subſtitutio pupillaris evaneſcit pubertate, etiamſi longius tempus comprehenſum fuerit. *l. 7. & 14. P. de Vulg. & pupill. ſubſtit.* Neque ante pubertatem jure directo facta poſt pubertatem in vim fideicommiſſi valebit. *arg. dd. text.*

44. Militum ſubſtitutio poſt pubertatem facta admittitur. *l. 15. P. eod.* Num jure directo, an per fideicommiſſum? Poſterius probari ſolet ex *l. 8. in fin.*

fin C. de Impub. & al. subſtit. Prius melius de-
onſtratur, quoniam ex privilegio militum de-
endit. *d. l. 15.*

DE ACQVIREND. HEREDIT.

45. Sui jure civ. ſunt neceſſarii heredes; Jus
rætorium iis conceſſit beneficium abſtinendi. *§. 2.*
ſt. de Her. qual. l. 57. P. de A. H. quod tamen jus
i non ſuſtulit, *arg. l. 1. §. 7. P. Si qu. omiſſ. caus.*
ſtam. An ſi ſuus neque ſuper abſtentione ſe decla-
verit, neque conſtet de immixtione, intentio
editorum contra eum fundata eſt? Neg. *arg. l.*
. P. de A. H.

46. Sui vivo patre bonorum paternorum do-
ini quodammodo exiſtimantur. *l. 11. P. de Lib.*
poſthum. revera domini non ſunt. Mortuo pa-
e dominium ipſo jure in eos continuatur, poſ-
ſſio non niſi naturaliter comprehenſa tranſit. *l.*
; . P. de A. P.

47. Si heres ſciat, ſe eſſe inſtitutum ſub condi-
one, ante exiſtentem conditionem adeundo aut
epudiando nihil egit. *l. 13. P. de A. H.* Quod ſi
onditio impleta ſit, ſed eam extitiſſe heres igno-
et, impedietur heres circa adeundam heredita-
em, quamdiu ignorat eam impletam eſſe. *l. 21.*
de C. & D.

48. Heres inſtitutus hereditatem pro parte a-
ire, pro parte repudiare nequit. *l. 1. & 2. P. de*
A. H.

A. H. Unde non conceditur ſuo delatam patris hereditatem omittere retentâ legitimâ, *arg. dd. l.* An repudiato allodio feudum retinetur? Neg. de filio, Affirm. de agnato. *c. un. An agnat. vel fil. c. un. §. 3. vers. filius. de Capit. qui cur. vend.*

49. Per procuratorem non aditur hereditas. *l. 90. P. de A. H.* Filius juſſu patris adiens hereditatem ſibi acquirit proprietatem, patri uſumfructũ *l. 6. C. de Bon. matern.* quem quoque obtinet pater furioſus, ſine cujus juſſu filius amplexus eſt hereditatem. *l. 63. in fin. P. de A. H.*

50. Ius adeundæ hereditatis eſt perpetuum, ſeu non præſcribitur niſi 30. annis, *arg. l. 3. C. de Præſcript. 30. ann.*

51. Sui heredes hereditatem teſtamento derelictam in heredes etiam extraneos transmittunt. *l. un. C. de His qui ant. apert. teſtam. tabb.* De teſtamentariis agitur heredibus, de legitimis aliter judicat *l. 2. C. Ad SC. Orphit.*

52. Si heres non confecto inventario hereditatem adierit, in ſolidum tenetur creditoribus hereditariis, perdit Falcidiam. *Novell. 1. c. 1. §. 2.* Heres quoque gravatus fideicommiſſo ideò amittit Trebellicanicam. *d. Nov. 1. c. 1. in pr. & c. 2. §. 1.* An & filius ex cauſa non confecti inventarii privatur legitima? Affirm. *arg. l. ult. §. 12. C. de Jur. del.*

53.

25. Fiſcus quoque beneficiis *d. l. ult.* carebit, ſi heres inſtitutus non confecto inventario hereditatem ſubierit, *arg. l. 37. P. de Iur. Fiſc.* An hîc Ecclesia eſt privilegiata? Nequaquam.

DISPVTATIO DVODECIMA.

RESPONDENTE

ENGELBERTO ENGELEN, O. F. *Arnhemienſi.*

De

LEGATIS.

APHORISMUS I.

LÈgata per omnia ſunt exæquata fideicommiſſis, verba ſunt *l. 1. P. de Legat. 1.* quæ tamen exæquatio non eſt acceptò ferenda Ulpiano, ſed Iuſtin. *§. 3. Inſt. de Legat. l. 2. C. Commun. de Legat.* atque reſtringenda ad fideicommiſſa particularia: Ineptè hic Bartolus aſſeruit, legata ſingularia exæquata eſſe fideicommiſſis ſingularibus, univerſalia univerſalibus, cum raròlegata inveniuntur, quæ annexam habent univerſitatem juris. An omnis differentia eſt ſublata? Non omnino. *§. 2. Inſt. de Singul. reb. per fideicomm. rel.*

2. Si duobus conjunctim res eadem legetur, &

ambo ad legatum perveniant, concursu partes faciunt; sin alter deficiat, totum legatum superstiti obvenit jure accrescendi. *l. un.* §. *10.* C. *de Caduc toll.* quod jus sublatâ hîc antiquâ distinctione inter legatum vindicationis & damnationis locum obtinet in quolibet conjunctionum genere, etiam in conjunctione verbali, & in concursu conjunctorum præferuntur conjuncti re & verbis simul. *89.* P. *de Legat. 3.* neque hîc differentiam agnoscimus inter proprietatem & usumfructum legatum.

3. Legantur res quælibet tam incorporales quam corporales. *l. 75.* §. *2.* P. *de Legat. 1.* sed si legentur res mobiles & immobiles, non comprehenduntur hoc legato nomina, quæ tertiam rerum speciem constituunt. *l. 93.* P. *de V. S. l. 15.* §. *2.* C. *8.* P. *de Re jud.* pecunia tamen numerata sub legato mobilium continetur. *l. 79.* §. *1.* P. *de Legat.* An legato bonorum immobilium continentur pecuniæ emptioni prædiorum destinatæ? Neg. *arg. d. l. 79.* uti nec legatis rebus immobilibus naves cedunt legato, *arg. l. 1.* §. *7.* P. *de Vi & vi arm.* An pisces qui sunt in piscina? Neg. *arg. l. 15.* P. *de A. R.* Neque si legentur bona omnia, futura venient. *7.* P. *de Aur. & arg. leg.* Verum si expresse legentur fructus nasciturі, inest conditio si nascantur. *l. 1.* §. *fin.* P. *de C. & D.* si nihil nascatur, nihil debetur, aut si non nascatur tantum, quantum testa-

tor legavit, heres tantum tenetur ad præstandum id quod natum est. *l. 8. §. 3. P. de Legat. 2.* Disquiritur, num legatum rei futuræ sit purum an conditionale? Distinctionis ope controversia deciditur ex *l. 1. §. fin.* P. *de C. & D. l. 73.* P. *de V. O. l. 6.* §. *1. l. 26.* P. *Quand. di. legat. l. 99.* P. *de C. & D.*

4. Etiam legatum rei alienæ sustinetur, modo defunctus rem alienam esse sciverit. *l. 10.* C. *de Legat.* An hoc est contrarium Juri divino? Nihil minus. Dissentiunt Canonistæ in *c. 5. Extr. de Testam.*

5. Si legentur res absolutè hominum commercio exemptæ, legatum adeò nullum est, ut ne quidem æstimatio debeatur. *§. 4. Inst. de Legat.* An, si feudum legetur, æstimatio est præstanda legatario? Non videtur, *arg. c. un. in princ. de Success. feud.* sicut nec debetur æstimatio, si prædium legetur in ea provincia, in qua de prædiis testari prohibitum est. Emphyteusin rectè legat emphyteuta etiam citra domini consensum, *l. 71. §. pen. & ult.* P. *de Legat. 1.* Neque id correctum est per *l. 3.* C. *de Jur. emphyteut.*

6. Legatum fundi in genere nullum est. *l. 69. §. 4.* P. *de J.* D. sed valet legatum hominis, aut ædium, si testator ædes reliquerit. *d. l. 71. in princ.* Si area legetur, eique testator ædes imponat, domus quoque legatario cedit. *l. 44. §. 4.* P. *de Legat. 1. l. 39.* P. *de Legat. 2.* An ædes proximę, quas post factum testamentum emptas testator suis adjecit

jecit, legato cedunt? Neg. *arg. l. 7. P. de Aur. arg. Leg.* In legato generis regulariter electio tribuitur legatario. *l. 108. §. 2. P. de Legat. 1.* quemadmodum si disjunctim illud aut illud legetur, electionem habet legatarius. *l. 19. 22. P. de Legat. 2. l. 19. P. de Opt. legat.* Sed in legato generis legatarius optimum eligere non debet. *l. 37. P. de Legat. 1.*

7. Legato fundo non debetur ejus instrumentum. *l. ult. P. de Suppell. leg.* neque fidem hîc merentur contrariã sententię Pauli collocatę *3. Sent. tit. 6.* fundo autem legato cum instrumento, eoq; alienato, non debetur instrumentum. *l. 1. §. 1. P. de Instruct. legat.* aliud est, si fundus instructus legetur. *l. 5. P. eod.*

8. Si eadem quantitas ab eodem testatore uni & eidem legatario bis legetur, semel tantum debetur, nisi probaverit legatarius, defunctum voluisse multiplicare legatum. *l. 34. §. 3. P. de Legat. 1.*

9. Legatum rectè confertur in voluntatem legatarii. *l. 65. §. 1. P. eod.* etiam in voluntatem extranei, verum liberę heredis voluntati committi nequit. *l. 43. §. pen. P. d. t.* An si jubeat testator aliquid dari aut fieri arbitratu Titii, heres liberatur, si Titius arbitratus non fuerit? Nequaquam, *l. fin. §. 1. C. Commun. de legat. junct. l. 1. §. 1. P. de Legat. 2.*

10. Petuntur legata actione in personam ex testamento, quę nascitur ex quasi contractu, & est stricti

ſtricti juris, *arg. l. 5. §. ult. & l. ſeq. P. de In lit. jur.* non obſtante *l. 87 §. 1. P. de Legat. 3.* actione in rem & hypothecaria. *l. 1. C. Commun. de legat.* Quâ Conſtitut. introducta eſt hęc hypotheca legatis in bonis defuncti reliquis. An actio iſta hypothecaria exerceri poteſt contra quemcunque poſſeſſorem rerum hereditariarum? Affirm. quia iſta actio eſt in rem. *l. 17. P. de Pignor. §. 7. Inſt. de Action.* Atqui juris eſt certiſſimi, actionem in rem dari contra poſſeſſores. *l. 36. P. de R. V.* Cęterum concurſus hic actionū eſt electivus; ut ſi unâ electâ ſolidum conſecuti fuerimus, reliquę conſumantur. *l. 76. §. pen. P. de Legat. 2.* Neque in eodem libello cumulari poſſunt, nam cumulatio diverſarum actionum admitti non ſolet, *arg. l. 6. P. de Except. rei jud.*

11. Heres in legato pręſtando tenetur de dolo & culpa etiā leviſſima, non autem de caſu fortuito. *l. 47. §. pen. P. de Legat. 1.* niſi moram commiſerit. *ead. l. 47. §. fin.* quę obligationem perpetuat. *l. 91. §. 3. P. de V. O.*

AD LEG. FALCID.

12. Lex Falcidia eſt lata heredis cauſa. *l. 71. P. h. t.* contra voluntatem teſtatoris. *l. 86. in fin. P. eod.* Imò nimiam legandi licentiam ipſorum teſtatorum gratia lex coarctavit. *princ. Inſt. d. t.* Nulla eſt contradictio.

13. Falcidia locum habet in legatis, etiamsi sit ab intestato prę standa. *l. 10. C. h. t.* etiamsi sit legata pars hereditatis, *arg. l. 26. §. fin. P. de Lega 1.* Item in donationibus mortis causa. *l. 1. §. 5. Quod legat.* & fideicommissis particularibus, *arg. l. 1. P. Ad SC. Trebell.* non in mortis causa capionibus. *l. 1. §. 8. P. Ad l. Falcid.* Neque legatarius fideicommisso oneratus detrahit Falcidiam. *l. 47 P. eod.*

14. Datur Falcidia heredibus institutis, & singulis. *l. 77. P. eod.* etiam in portione onerata, quæ accessit non oneratę; secus est, si portio non exhausta legatis accedat exhaustę. *l. 1. §. 13. & 14 & l. 78. P. d. t.*

15. Quartam consequuntur heredes tam jure vindicationis quam retentionis, si fortè integra legata penes legatarios fuissent. *l. pen. C. Ad l. Falcid.* etjam jure Pandect. *l. 26. & 67. P. eod.* An ideo interdictum quod legatorum est frustraneum? Nequaquam.

16. In quartam Falcidiam tantum imputantur (& legatariis proficiunt. *l. 22. P. h. t.*) heredi ea, quæ accepit jure hereditario, non quæ jure legati, fideicommissi, aut conditionis implendæ causa. In Trebellianicam verò ea quoque quæ titulo particulari heres fideicommisso gravatus obtinet. *l. 91. P. eod.* An præter legitimam, Falcidiam aut Trebellianicam filius exigere potest? Neg. *arg. l. 8.*

§.

§. 9. P. *de Inoffic. testam. & l. 6. C. Ad SC. Trebell.* Aliud disponit jus Canonicum, *C. Rainutius. 16. & C. Rainaldus. 18. X. de Testam.*

17. Quartam Falcidiam olim prohibere testatori non licebat. *l. 15. §. 1. P. Ad l. Falcid.* hodie licet. *Auth. sed cum testator. C. eod.* Idem rectè defenditur de quarta Trebellianica, etiamsi sint liberi primi gradus, *arg. Nov. 1. c. 2. vers. si vero expreßim, junct. §. 5. Inst. de Fideicomm. her.* Nec refert utrum prohibitio fiat verbis expressis, an æquipollentibus, modo testator tali utatur formulâ, ex qua perspicuè animus prohibendi cognosci possit, v.g. *Volo heredem meum omnia legata integra præstare, & sine ulla diminutione.* An heres potest pacisci, aut stipulando efficere, ne utatur quarta Falcidiâ? Affirm. *l. 46. & 71. P. h. t.* An ex legatis ad pias causas relictis Falcidiam detrahere licet? Quidni? *l. 1. §. 5. P. h. t. junct. Nov. 131. c. 12.*

DE COLLATION.

18. Conferunt liberi successuri suis parentibus. *l. 1. in princ. P. h. t.* Emancipati suis, sui emancipatis, sui suis. *l. 4. & 12. C. eod.* emancipati emancipatis non conferunt. *arg. l. 1. §. 5. P. & l. 9. C. eod.* quod limitatur. *l. 4. C. d. t.* imò mutatur *Nov. 18. c. 6.* An liberi, qui sunt in adoptiva familia conferunt fratribus naturalibus? Neg. An post *Nov. 118. c. 2.* adscendentes conferre tenentur? Neg.

19. Olim collatio in ſucceſſione legali locum obtinuit, non teſtamentaria, niſi teſtator collationẽ prçcepiſſet. *l. 1. §. 8. l. 3. & 6. P. de Collat. dot.* Hodie etiã in ſucceſſione teſtamentaria. *d. Nov. 18 c. 6.* An ſi pater uni ex filiis minorem hereditati portionem relinquat, is eam conferre tenetur? Non videtur, *arg. l. 39. §. 1. P. Fam. erciſc. junct. d. c. 6.*

20. Collatio locum habet etiam inter ſuccedentes diverſo jure, veluti, ſi alter veniat ex teſtamento, alter ab inteſtato, alter civili, alter prætorio jure. *d. c. 6.* quod jure quoq, Pandect. & Cod. obtinuit. *l. 10. P. & l. 17. C. h. t.*

21. Non conferunt emancipati bona caſtrenſia aut quaſi caſtrenſia. *l. 1. §. 15. P. eod.* nec hodie adventitia. *l. ult. C. d. t.* quá Conſtitut. ſui duntaxat profectitia conferunt. An dotem, quam dedit filiæ, emancipatus conferre tenetur? Neg. *l. 4. P. de Collat.* Eadem eſt ratio donationis ſimplicis, ſive ſit collata in filiumfam. ſive in emancipatum, quamvis enim donatio in filiumfam. collata ſit nulla. *l. 1. §. 1. P. Pro donat.* reique donatæ filiuſfam. vivo patre poſſeſſionem naturalem, & injuſtam conſequatur. *l. 2. v. Filium. P. Pro hered.* ſilentio tamen patris donatio hæc confirmatur. *l. 25. C. de Donat. int. vir. & uxor.* ubi qui per ſilentium mortem patris intelligunt, non longè aberrant. An donatio conferenda eſt, ſi quid donetur filiofam.

iis

iis casibus, quibus donatio valet? Quæstio ferè est supervacua. *l. 18. C. Fam. ercisc.*

22. Neque in collationem veniunt sumptus filio in studia subministrati. *l. 50. P. Fam. ercisc.* quæ quidem lex concepta est de filio emancipato, sed de filiofam. minor fuit dubitatio. Idem judicandum est de expensis dignitatis consequendæ causa factis, veluti pro gradu Doctoratus, Licentiæ, Magisterii, &c. *d. l. 1. §. 15. & seq. P. de Collat.* Item de libris filio studiorum causa emptis, quod sint quasi castrensis peculii loco; sed ratio hæc ad Studiosos pessimè refertur; sententia autem, quia favorabilis, haud ineleganter propugnatur, *arg. d. l. 50.* nec refert, licet sit bibliotheca ingentis quantitatis; quia pater inter liberos æqualitatem servare non omninò tenetur. *l. 1. & tot. tit. C. de Inoffic. donat.*

23. An commune est onus heredum, ut sufferant sumptus, qui post mortem parentis communis in studia fratris sunt erogati, si permanserint in communione bonorum? Affirm. ac imputent sibi fratres, qui communionem quam divisionem maluerunt. *arg. l. 52. §. fin. & l. 59. §. fin. P. pro soc.*

24. Quæ filius ex substantia patris operâ suâ acquisivit, sunt, qui partem dimidiam, quasi sint profectitia collationi subjiciant, pro altero semisse, quasi adventitia, collationi locum non subjiciant. Sententia est contraria §. 1. *Inst. per qu. pers. adquir.*

25. Generaliter quæ imputantur filio in legitimam, ea quoque veniunt in collationem. *l. pen. in pr.* C. *de Collat.* Non est hoc perpetuò verum, *arg. l. 10. & 16.* C. *eod.* Ex diverso, Non omnia, quæ veniunt in collationem, imputantur in legitimam. *arg. d. l. pen.*

26. Collatio facienda est, aut Re, quando ipsæ res, si extent, in communem hereditatem rediguntur. *l. 1. §. 11.* P. *h. t.* aut Cautione, quomodo tamen in rei veritate non confertur, sed de conferendo heredes securi redduntur; atque hanc cautionem interponi jubet prætor vel per satisdationem vel per pignora. *d. l. 1. §. 9.* Cautio igitur prætoria non exigit præcisè fidejussores. An subsistit pactum, quo conferendi necessitas remissa fuit? Negat *l. 3.* C. *h. t.*

DE HEREDIT. QVÆ AB INTEST. DEF.

27. Ab intestato quoque succeditur iis, qui non habent testamenti factionem activam, quales sunt, pupilli, furiosi, prodigi. *l. 1.* P. *de Su. & legit. her. l. 10.* C. *de Legit. her.*

28. Ad successionem ab intestato primo loco vocantur descendentes, seu liberi, etiamsi sint clerici. *l. 56. §. 1.* C. *de Episcop. & cler.* usque in infinitum, neque interest, mares sint an fœminæ. *Nov. 118. c. 1.* in allodiis; à successione feudi arcentur fæminæ. *c. un. §. 3. de His qui feud. dar. poss.* etiamsi sit

t feudum emptitium, francum, aut pro ſe & qui-
uſcunque heredibus conceſſum, *arg. c. un. de feud. non hab. nat. propr. c. un. §. 2. vers. Etſi clienulus. de Alien. feud.*

29. Liberi per ſubſequens matrimonium legitimati perfruuntur ſimili fortuna cum legitimè natis, in allodiis. *l. 10. C. de Natur. lib.* à feudi ſucceſſione repelluntur. *c. un. §. 4. vers. naturales. Si de feud. defunct. controv.* etiam qui ſunt legitimati ſpeciali Principis reſcripto.

30. Medietatem accipiunt adſcendentes paterni, medietatem alteram adſcendentes materni, quantoscunque eos utrimque inveniri contigerit. *Nov. 118. c. 2.* Diſputatur, num bona paterna à maternis hîc ſint ſeparanda, an æqualiter hereditas dividenda? Affirm. poſterius. *arg. d. c. 2.*

31. Cum parentibus ſuccedunt fratres ἀμφιθαλεῖς, ex utroque latere defuncto conjuncti. *d. c. 2.* & hodie fratrum germanorum præmortuorum liberi. *Nov. 127. c. 1.* ſed hi excluduntur à parentibus, ſi omnes fratres germani ſint præmortui, *arg. d. Nov.* ſecus ac judicat communis Dd. ſchola. An cum adſcendentibus concurrunt fratres ἑτεροταλεῖς conſanguinei; & uterini? Neg. etiamſi ſolus pater ſuperſit.

32. Fratres germani ſuccedunt cum adſcendentibus gradu proximis. *d. Nov. 118. c. 2. vers. ſi verò cum adſcendentibus.* Patre igitur mortuo avus paternus

ternus contra antiquum Glossographum cum fratribus & sororibus germanis succedet, *arg. l. 92. P. de V. S.*

33. Fratres germani non succedunt in feudum novum, sed hoc deficientibus descendentibus ad dominum devolvitur, etiamsi id simul unâ investiturâ acceperint. *c. un. de Duob. fratr. à Capitan. inv.* A feudo autem antiquo non excluduntur. *c. un. de Success. fratr.*

34. Fratrum filii, si soli sine thiis supersint, divident hereditatem non in stirpes, sed in capita. *l. 2. §. 2. P. de Su. & legit. her. §. 4. Inst. de Legit. agn. success.* quod non est correctum per *d. Nov. 118. c. 3.* sed confirmatum, quamvis hoc casu hi fratrum germanorum filii fratribus uterinis & consanguineis pręferantur. *d. c. 3. vers. unde consequens est.* An patruum quoque defuncti excludunt? Affirmantium sententia est plausibilis, *d. c. 3. vers. illud palam est.*

35. Si concurrunt fratres consanguinei & uterini ex sententia quorundam, consanguinei præferuntur in bonis paternis, uterini in maternis, in bonis autem aliunde acquisitis hereditatem ex æquo dividunt: Sed sententiam esse erroneam constat ex *d. Nov. c. 3.* ubi simpliciter & indistinctè hereditatem dividunt.

36. Uxori inopi si tres vel pauciores sint liberi, quarta debetur, sin plures, portio virilis. *Nov. 53. c. ult.*

ult. Nov. 117. c. 5. quod non tantum locum habet in ſucceſſione legali, ſed & teſtamentaria. Auth. præterea. C. Vnde vir & ux. licet id maritus prohibuerit, arg. dd. Novv. junct. l. 55. P. de Legat. 1. nec hoc corrigitur d. Nov. 118. c. 1. ubi deſcendentes preponuntur omnibus adſcendentibus & ex latere cognatis. An gaudet maritus inops eodem privilegio? Neg. d. Nov. 117. c. 5. abrogata Novell. 53. c. ult.

37. Fiſco debentur bona vacantia. l. 1. & 4. C. de Bon. vacant. lib. 10. Sed fiſcus legata & fideicommiſſa teſtamento vel codicillis (quorum intuitu bona capit) relicta preſtare tenetur. l. 96. §. 1. P. de Legat. 1. Et fiſco preferuntur quædam collegia legibus ſpecialiter expreſſa, veluti corpus naviculariorum, fabricenſium. tit. C. de Hered. decur. navicul. Legio vel vexillum in bonis militum. l. 6. §. 7. in fin. P. de Injuſt. rupt. Epiſcopus loci mortuo peregrino. Auth. omnes peregrini. C. Commun. de ſucceſ. An fiſcus poſtponitur Academiæ, ſi Studioſus moriatur ſine heredibus? Favorabilis eſt affirmantium ſententia: ſed deſtituitur lege.

DE OPER. NOV. NVNTIAT.

38. Edictum de operis novi nuntiatione pertinet ad ædificium extruendum non extructum & conſummatum. l. 1. §. 1. cum. l. 5. §. 2. P. h. t. Nuntiare novum opus poteſt, qui habet dominium aut

ſervitu-

servitutem, *l. un.* §. 1. P. *de Remission.* Fructuarii tamen, etiamsi vindicandæ servitutis jus habeat suo nomine opus novum nuntiare nequit. *l.* 1. *Si usufr. pet.* Conductori nec suo nec procuratorio nomine nuntiare licet. *l.* 3. §. 3. *P. h. t.* Superficiario novum opus nuntiandi jus conceditur, & quia utilem in rem actionem habet, & quia servitutum causa actio ei datur. *d. l.* 3. §. 3. P. *eod.* An & emphyteutæ? Affirm. *arg. l.* 1. P. *Si ag. vectigal.* An nuntiatio facta ab eo, qui jus nuntiandi non habet spernitur impune? Non videtur.

39. Pupillo non est novi operis nuntiationis executio danda, nisi ad ipsius privatum commodum res pertineat, & tutoris autoritas interveniat. *l.* 5. P. *h. t.* In causa igitur publica opus novum nuntiare nequit. An minor in nuntiatione privata requirit consensum curatoris? Nequaquam, *arg. d. l.* 5.

40. Qui nomine procuratorio nuntiat, cavet de rato, etiamsi sit verus procurator. *l.* 5. §. 18. P. *h. t.* si de hujus mandato constet, cautio de rato non est necessaria. *l.* 1. C. *de Procurat. junct. l.* 3. §. 2. P. *Vt in poss. legat.*

41. Morte ejus, qui nuntiavit, extinguitur nuntiatio. *l.* 8. §. 6. P. *de Oper. nov. nuntiat.* Imò interdictum de operis novi nuntiatione datur perpetuò. *l.* 20. §. 6. P. *eod.* & heredi cæterisque successoribus competit. *ead. l.* 20. §. *ult.* Non est antinomia.

DAMN.

42. Quia res damni infecti celeritatem desiderat, & periculosa prætori dilatio videtur, magistratibus municipalibus ideo cautionem quoque damni infecti injunxit. *l. 1. & 4. §. 3. ꝑ. h. t.* An inde sequitur, magistratibus municipalibus mixtum imperium competiisse? Neg. quamvis non negem, iisdem magistratibus, secundum quid, mixtum imperium competere, *arg l. 3. ꝑ. de Jurisd. junct l. fin. §. 1 ꝑ. de Offic. ej. cui mandat. est jurisd.*

43. Ob causam damni infecti, si, qui jussus est, cavere nolit, decernitur missio ex primo & secundo decreto. Ex primo decreto missus non possessionem, sed custodiam rerum & observationem consequitur. *l. 3. §. fin. ꝑ. de A. P.* Ex secundo decreto missus pro domino possidet. *l. 15. §. 33. ꝑ. h. t.* & mediante usucapione dominium adquirere potest. *d. l. 15. §. 16.* An decretum primum & secundum interponitur, si creditores rei servandæ causa mittantur in possessionem? Neg.

44. Ex causa damni infecti non mittitur actor in bona universa, sed tantum in rem, de qua damnum timetur; verum ex causa rei servandæ, item legatorum servandorum gratia, & ventris nomine missio fit in omnia bona tergiversantis. *l. 1. ꝑ. Quib. ex caus. in possess. eat.* An hoc mutatum per *Nov. 53. c. 4. §. 1.*? Affirmant multi. Perperam.

45. Ubi plures ſunt, qui mitti deſiderant, miſſio uni facta reliquis prodeſt. *l. 15. §. 15. & 17. P. Damn. infect.* in pignore prætorio prærogativa temporis non obſervatur. *l. 12. P. de Reb. auctor. jud. poſsid.* Aliud eſt in pignore judiciali. *l. 10. P. Qui pot. in pign.*

DE PUBLICAN. VECT. & COMMISS.

46. Vectigalia conſtituuntur non â præſide aut curatore, ſed præcepto Imperatoris. *l. 10. P. h. t. tit. C. Nov. vectig. instit. non poſs.* aut ejus qui ſuperiorem non recognoſcit. Qui vectigalia publica conducit, dicitur publicanus. *l. 12. §. 3. P. h. t.* atque ea conducere licet cuique, & mari & fœminæ; neq; hæc adjuvatur beneficio Sc̃ti Vellejani. *l. 47. P. de Jur. Fiſc.* Si publicanus per vim aut ſine vi illicitè publicè privatimque quid extorſerit pœna pecuniaria coërcetur. *l. 1. & 9. §. 5. P. h. t.* & ſi plures ſint publicani, actio non multiplicatur, ſed omnes viritim partes præſtabunt, ſi ſint ſolvendo. *l. 6. P. eod.* neque publicanus, qui ſolidum perſolvere nequit, carceris ſqualorem evitabit beneficio ceſſionis bonorum, *arg. l. 2. C. de Exactor. trib. lib. 10.*

47. Bona improfeſſa in commiſſum cadunt, in fiſcum rediguntur. *l. ult. §. 1. & 3. P. h. t.* neque ignorantia á pœna commiſſi excuſat. *l. fin. §. 5. P. h. t.* niſi erraverit minorennis. *ead. l. fin. §. 9.*

Item

rem si quis apud publicanum professus fuerit, neque solverit vectigal, res in causam commissi non incidit. *d. l. fin. §. 12.*

DISPVTATIO TERTIA-DECIMA.

RESPONDENTE

WILHELMO SLONIE, *VVadenoâ-Gelro.*

DE

DONATIONIB.

APHORISMUS I.

DOnatio in genere malè describitur, contractus, innominatus, conventio legitima, alienatio, modus dominii adquirendi, causa adquisitionis.

2. Donatio propria est, quando dat aliquis propter nullam aliam causam, quam ut liberalitatem & munificentiam exerceat. *l. 1. P. h. t.* quæ vera, directa & absoluta donatio vocari solet. *l. 35. §. 2. P. de Mort. caus. donat.* δόσις ἀναπόδοτος; Donatio impropria est, quæ fit ob aliam causam, veluti sub modo, sub conditione, cui si non pareatur, agitur actione præscriptis verbis. *l. 28. P. h. t.* imò condictione causa dati causa non secuta. *l. 2. C. de Condict. caus. dat.* An ad donationes im-

 propria s

propprias etiam referenda eſt donatio remuneratoria, ἀντίδωρον? Affirm. eſt quoddam genus permutationis. *l. 25. §. 11. P. de pet. her. junct. l. 27 P. h. t. arg. Nov. 119. in pr.* & quæ non indiget inſinuatione, obſervante Cujacio.

3, Pupillus, ſi donet, tantum obligatur naturaliter, *arg. l. 127. P. de V. O.* Pubes ſine curatoris ſui conſenſu, etiam civiliter. *arg. l. 101. P. eod* Furioſus, prodigus ex donatione ne quidem naturaliter obligantur, *arg. l. 6. P. d. t.*

4. Emphyteuta etiam citra domini conſenſum donat emphyteuſin. *l. 71. §. pen. & ult. P. de Legat 1.* quod per *l. 3. C. de Jur. emphyt.* correctum non eſt. Vaſallo feudum donare non licet, ne quidem ſi dominus conſenſum præbeat. *c. un. §. 1. Quai ol. feud. alien. pot.* Fructuarius uſumfructum donare non prohibetur. *l. 12. §. 2. P. de Vſufr.*

5. Donare concubinæ prohibitum non eſt. *l. 31. P. h. t.* & donationes affectionis gratia in perſonas etiam inhoneſtas, veluti meretrices, collata ſuſtinentur. *l. 5. P. eod.* Meretrix igitur rem donatam, quæ tradita eſt, non tantum retinet, ſed & eam, quæ in terminis conventionis ſubſiſtit exigere poteſt; quæ tamen diſtinctio poſt Accurſium probatur Connano.

6. Donatio facta à patre filio in poteſtate conſtituto rata non eſt. *l. 1. P. pro donat.* ut nec juramentum eam confirmet. *arg. l. 5. C. de Ll.* Ar

morte

morte patris hæc donatio confirmatur? Affirmantium sententia propugnabitur, *arg. l. 25. C. de Donat. int. vir. & uxor.*

7. Uxor non prohibetur donare, licet mariti consensus aut præsentia non adsit. *l. 6. C. de Revoc. donat.* Inter conjuges quoque donatio simplex sive propria prohibita est. *tot. tit. D. & C. eod.* ne quidem jurata tenet. *arg. d. l. 5.* Sed morte confirmatur. *l. 32. P. d. t.* non tantum ea quæ est consummata traditione, sed etiam quæ est perfecta nuda stipulatione. *d. l. 32. §. 1. & 23. & l. seq.*

8. Donari possunt res quælibet etiam alienæ, *arg. l. 18. §. fin. P. h. t.* tam incorporales, quam corporales. *l. 9. P. h. t.* ut hereditas delata. *l. 28. P. h. t.* non viventis, cujus non est hereditas. *l. 1. P. de Hered. vend.* & omnis conventio de hereditate hominis viventis & certi prohibita est. *l. ult. C. de Pact.*

9. Omnia quoque bona donari possunt, tam futura quam præsentia. *l. 35. §. 4. C. h. t.* An donatione omnium bonorum facta, futura etiam continentur? Non videtur, *arg. l. 7. P. de Aur. & arg. leg.* An donatarius omnium bonorum ad solvendum æs alienum tenetur? Nequaquam. *l. 15. C. h. t.*

10. Si donatio excedat 500. solidos, actis insinuanda est. *l. pen. §. fin. C. h. t.* etiam quæ in pias causas collata est. *l. 34. §. 1. C. eod.* alioqui donatio

natio erit invalida, non quidem in totum, ſed qu: definitum à jure modum egreditur. *d. l. 34. & ſeq* An in donatione, quæ non egreditur 500. ſolidos teſtes ſunt neceſſariò adhibendi? Nequaquam, *arg l. 25. C. h. t.* An ſi parens omne patrimonium in unum filium contulerit querelá inofficioſæ donationis reſcinditur donatio in ſolidum, an pro ratione portionis legitimæ? Poſterius affirm. *l. 5. & 7. C. de Inoffic. donat.*

11. Donatio perfecta pacto nudo vel ſtipulatione, obligat donatorem ad tradendum. *l. 35. §. 5. C. h. t.* Diſputatur, num donator præciſè ad ipſam rem tradendam compellatur, an ad exemplũ venditoris, ſi res non tradatur id quod intereſt ſuccedat? Poſter. affirm. *arg. l. 17. C. de Fid. inſtr.*

12. Donatio ſimplex inter vivos eſt irrevocabilis: exceptâ causâ ἀνακλήσεως, ingratitudinis. *l. ult. C. de Rev. donat.* quæ revocatio ſoli donatori non etiam ejus heredibus conceditur. *d. l. ult. circ. fin.* An heres donatarii ingrati ad rem donatam reſtituendam tenetur? Affirm. An donator rem donatam à donatario avocare poteſt, ſi hic donatori inopi alimenta negaverit? Neg. *arg. d. l. ult.* ibi, *ex his tantummodo cauſis*, maximè quia donator naturaliter tantum tenetur ad remunerandum. *l. 25. §. 11. P. de Petit. hered.* An ſi habitatio gratuita ſit conceſſa, heredes concedentis habitationem prohibere poſſunt? Affirm. *l. 32. P. h. t.*

13. Si patrono donatori liberi ſuperveniant, ꝺonatio revocari poteſt. *l. 8. C. de Revoc. donat.* An ꝺonſtitutio iſta in quovis donatore locum inve- ꝺet? Affirm. vulgus. Nos negamus: Otioſa igi- ꝺr hîc movetur quæſtio, an donatio convaleſcat, ꝺliberi vivo donatore ſupervenientes decedant.

14. Donatio mortis cauſa fit ob mortis ſuſpi- ꝺonem. *§. 1. Inst. h. t.* vel concinnius, cogitatione ꝺortalitatis. *l. 2. P. de Mort. caus. don.* ſola cogitatio- ꝺ humanitatis μόνη τῇ ἐννοίᾳ τῆς ἀνθρωπότητος ꝺontra Hottomannum, qui in hac donatione præ- ꝺsè requirit mortis periculum. Reſcinditur dona- ꝺo iſta ex variis cauſis. *§. 1. Inſt. h. t.* Quod ſi donator ꝺic donationi ſubjecerit hanc clauſulam, ſe nullo ꝺodo eam revocaturũ, prò donatione inter vivos ꝺbetur. *l. 27. P. de Mort. caus. donat.* Controverti- ꝺr, ſi periculum, cujus contemplatione donatio ꝺ. c. facta eſt, ſit ſublatum, qua actione res ꝺonata repetatur? Condictionem, non directam ꝺi vindicationem donatori concedimus. *l. 35. §.* ꝺ *P. de Donat. m. c. l. 12. P. de Condict. caus. dat.*

DE ACQVIR. RER. DOMIN.

15. Dominium Bartolo eſt jus perfectè diſ- ꝺonendi de re corporali. Definitio eſt anguſtior, ꝺam etiam dominium eſt rei incorporalis, velu- ꝺ ſervitutis. *arg. l. 11. §. 1. P. de Public. in rem act.* ꝺ*fin. P. de Servitut. l. 15. §. 8. P. Quod vi aut clam.* ꝺbligationis aut poſſeſſionis propriè nullum eſt

 dominium

dominium. An divisio dominii in directum utile est legitima? Ajo. Nego.

16. Feræ bestiæ, volucres & pisces cedunt capientibus, etiamsi in alieno fundo vel lacu, licet privato, capiantur, domino prohibente. *l. 3. §.* . P. *h. t. l. 3. §. 14.* P. *de A.* P. non captura sed ingressus prohibetur. *§. 12. Inst. de* R. D. *&* A. R. D. Diversum est in animalibus mansuetis, quæ si lucrandi animo detineantur, furti actio locum habet, licet una gallina subrepta fuerit. *l. 5. §. pen.* P. *h. t.* Furti igitur actio etiam pro re minima competit, licet agatur criminaliter.

17. Thesaurus inventus in loco religioso totus inventori conceditur. *§. 39. Inst. de R. D. & A.* D. si in fundo feudali aut emphyteutico inveniatur, dividitur inter dominum & emphyteutam, seniorem & vasallum. *arg. d. §. 39. junct. l. 1. §.* . P. *Si ag. vectig. c. un. § fin. Si investitur. de re alien.* Si qui scit thesaurum latere in agro alieno, taceat, & justo pretio eundem agrum sibi comparet, ut acquirat thesaurum, eumque statim effodiat, atque capiat, secundum rationem juris, totus thesaurus ad emptorem pertinet, *arg. d. §. 39. l. 3. §. 3.* P. *de A.* P. *l. 3. §. fin.* P. *de Jur. fisc.* add. *Matth. 13.* 44. Quæ inveniuntur in littore maris, occupanti conceduntur, non visu solo, sed si corpore deprehensa fuerint. *arg. l. 1. §. 1.* P. *de A. P.* Quæ autem de rheda currente aut alias casu fortuito amittuntur

intur, dominorum manent, ut nec inventor præmium inventionis exigere possit, *arg. l. 43. §. 9. . de Furt.* Eadem est ratio eorum quæ navis levandæ causa in mare vel flumen projiciuntur. *l. 8. . Ad l. Rhod. de jact.*

18. Quæ ab hostibus capiuntur, fiunt capientium. *l. 5. §. ult.* P. *h. t.* quod tamen non adeò effusè accipiendum est, nam nec donationes, quas præstant magistri militum, στρατηλάται, militibus tam ex sua substantia, quam ex spoliis hostium, insinuatione indigent. *l. 35. §. 1. C. de Donat.* Add. *. pen.* P. *Ad l. Jul. pecul. l. 20. §. 1.* P. *de Captiv.*

19. Traditione dominium transfert verus dominus, vel qui pro domino habetur, qualis est creditor. *l. 4.* P. *de Pignor. act. §. 1. Inst. Quib. lic. alien.* etiamsi tantum naturalem possessionem pignoris consequatur. *l. 22. §. 1.* P. *de Noxal. action.* Eadem est ratio procuratoris; modò habeat mandatum speciale, vel liberam bonorum administrationem. *l. 9. §. 4.* P. *h. t.*

20. Voluntas quoque transferentis adesse debet. *§. 40. Instit. de R. D.* licet in causis dissentiatur. *l. 36.* P. *de A. R. D.* Inter causas refertur dos, cujus maritus dominium naturale consequitur. *d. §. 40.* Cæterum in dominio jure gentium transferendo exigitur, ut in accipientem transferatur vacua possessio. *l. 8. C. de A. E.*

21. Inſula nata in flumine, ſi quidem mediam partem fluminis tenet, communis eſt eorum, qui ab utraque parte fluminis propè ripam prædia poſſident. *l. 7. §. 3. P. de A. R. D.* quod non tantum intelligendum eſt de proprietate, ſed & uſu inſulæ. *l. pen. §. 1. P. eod.*

22. Bonæ fidei poſſeſſor fructus lucratur induſtriales.. *l. 48. P. de Vſur.* ſi ſint conſumpti. *l. 4. §. 2. P. Fin. reg.* Extantes omnes reſtituere tenetur. *l. 22. C. de R. V.* Cum malæ fidei poſſeſſore etiam de fructibus percipiendis agitur. *l. 5. C. eod.* Quæro, ſi lis ſit conteſtata & inſtantiâ poſtea peremptâ, dominus inſtituto novo judicio rem evicerit, an poſſeſſor teneatur de fructibus à die primæ litis conteſtationis? Affirm. *arg. l. 25. §. 7. P. de pet. her.*

23. Qui bonâ fide junxit tignum alienum ædibus ſuis, æquè tenetur actione de tigno juncto, in duplum, atque qui junxit malâ fide. *l. 23. §. pen. P. de R. V.* ſed hic inſuper etiam conſtante ædificio conveniri poteſt ad exhibendum actione & rei vindicatione. *l. 2. P. de Tign. junct.* An ædificatori, ut evitet dupli condemnationem, tignum eximere ac domino materiæ reſtituere licet? Ajt Donellus; cujus ſententiam refutat *l. 6. P. Ad exhib.*

24. Qui malâ fide in alieno ædificavit, deducit impenſas neceſſarias, utiles & voluptuarias tollit. *l. 5. C. de R. V.* Impenſæ autem à quocunque ædificatore ſervantur retentione, ſeu doli mali exce-

ptione

otione oppositâ rei vindicationi, non actione, si ædificator possessione exciderit. *l. 33. P. de Condict. indeb.*

25. Tabula cedit picturæ. *l. 9. §. 2. P. h. t.* scriptura chartæ. *ead. l. 9. §. 1.* Navis ex alienis tabulis facta cedit materię domino ex sententia *l. 61. P. de R. V.*

DE ACQVIR. vel AMITT. POSSESS.

26. Possessio est vel naturalis vel civilis. *l. 1. §. 9. P. de Vi & vi armat.* Naturalem definire solent, quę corpore, civilem quę animo consistit, ex *l. 10. C. de A. P.* Pessimè; Rectius distinguuntur hæ species, quod possessor naturalis possideat citra opinionem domini, civilis opinione domini. *l. 22. §. 1. P. de Noxal. action.* & hæc possessio semper justa est, illa vel justa, ut creditoris pignoratitii. *l. 13. §. 1. P. de Public. in rem act.* vel injusta, ut puta filiifam. possidentis rem à patre donatam. *l. 2. §. 1. v. Filium. P. pro hered.* Neque est contraria *l. 24. P. h. t.* Nec naturaliter, nec civiliter possident, commodatarius, depositarius, sequester, apud quē non est depositum animo omittendę possessionis, colonus, inquilinus, fructuarius, qui rem tenet precario, missus ex primo decreto in possessionem; sed omnes hi sunt in possessione. *l. 10. §. 1. P. de A. P. l. 6. §. 2. P. de precar.* An si v.g. colonus animo intervertendę possessionis derelinquat possessionē, vero

 possessori

possessori possessio amissa est? Neg. *l. fin. C. h. t.* Dominus quoq; rem suã nec naturaliter, nec civiliter possidet. *l. 115. P. de V. S.* An qui dominium nactus est traditione, usucapione indiget, ut dominium plenum acquirat? Affirmativa Hotomanni sententia est contraria *l. 3. §. 4. P. de A. P.*

27. Plures eandem rem in solidum possidere non possunt, ne quidem ut unus justè alter injustè, unus naturaliter, alter civiliter possideat. *d. l. 3. §. 5.* Causam item possessionis mutare non possumus, si sola cogitatione, qui corpore & animo possessioni incumbit, statuat, ut ex alia causa possideat. *l. 19. §. 1. P. h. t.*

28. Uti possessio adquiritur animo & corpore, ita nulla fere amittitur, nisi in qua utrumque in contrarium actum sit. *l. 8. P. h. t. l. 153. P. de R. I.* sed animo etiam solo possessio retinetur. *§. 5. Inst. de Interdict.* An in adquirenda fundi possessione necessè est singulas fundi glebas circumambulare? Neg. *l. 3. §. 1. P. h. t.* Sed fundo legitimè possesso non statim acquisita est possessio thesauri ibi reconditi. *d. l. 3. §. 3.*

29. Infans adquirit possessionem per tutorem, pupillus infante major etiam sine tutoris autoritate. *l. 32. §. fin. P. de A. P.* An hic sine tutoris autoritate possessionem jure amittit? Neg. *l. 11. P. de A. R. D.*

20. Per procuratorem regulariter obligatio & actio

actio non acquiritur ipso jure, sed possessio etiam ignoranti domino. *l. 49. §. fin. P. de A. P.* si ea mente sit, ut in possessione adquirenda velit nobis operam suam accommodare. *l. 1. §. 20. P. eod.* Imò procurator venditoris, si ignorans mortem domini emptorem in vacuam possessionem induxerit, possessionem transfert. *l. 33. P. d. t.*

31. Dominium per servum acquiritur domino etiam invito & ignoranti. *§ 2. Inst. Per qu. person. cu. acq. l. 62. P. de V. O.* Possessio nonnisi scienti extra causam peculiarem. *l. 44. §. 1. P. de A. P.*

32. Dominium in suos heredes ipso jure continuatur. *l. 11. P. de Lib. & posthum.* sed possessio nisi naturaliter comprehensa non transit. *l. 23. P. de A. P.*

33. Nihil habet commune possessio cum proprietate, & ideo pendenti judicio interdictum uti possidetis ei non denegatur, qui cœpit vindicare. *l. 12. §. 1. P. eod.* An potest cumulari judicium petitorium cum possessorio? Neg. *arg. l. 13. C. de R. V.* A possessorio, quod est præparatorium petitorii, fit transitus ad petitorium, quod est Judicium principale, actio secunda. *l. 3. C. Quor. bon.* An ergo à sententia in possessorio lata appellari potest? Nihil minus, quicquid distinguant Dd. inter possessorium summarissimum & plenarium. Causa proprietatis ab eodem judice decidenda est, à quo fuit decisa causa possessionis. *d. l. 13. & l. 10. C. de Judic.*

34.

34. Commodius est possidere quam petere. §. 4. *Inst. de Interdict.* quia possessor relevatur onere probandi. *l. 24. P. de R. V.* imò ne quidem titulum dicere cogitur suæ possessionis, si conveniatur rei vindicatione. *l. 11. C. de Petit. her.*

DE USURPAT. & USUCAP.

35. Usucapio est modus adquirendi jure civili introductus, bono publico, ne quarundam rerum dominia essent incerta. *l. 1. P. h. t.* ut lites diminuerentur. *l. ult. P. pro suo.* Modus igitur adquirendi est justissimus, neque pugnat cum naturali æquitate, aut jure divino.

36. Usucapio est rerum mobilium & immobilium. *l. 37. §. 1. & l. seq. P. h. t. princ. Inst. de Usucap.* Præscriptio rerum immobilium & incorporalium. Res incorporales, veluti servitutes, non usucapiuntur. *l. 14. P. de Servitut.* Res mobiles triennio, immobiles longi temporis possessione, decennio inter præsentes vicennio inter absentes usucapiuntur. *l. un. C. de Usucap. transform.* An dies ultimus cœptus pro completo habetur? Affirm. *l. pen. P. de Div. præscript.*

37. Bona fides hic exigitur tempore traditę possessionis, superveniens scientia rei alienę non nocet usucapienti. *l. un. C. de Usucap. transform.* In venditione tempore etiam contractus bona fides requiritur. *l. pen. P. h. t.* Jure Canon. omni

tempore

tempore bonam fidem adesse oportet. *C. ult. X. de præscript.* An ideo jus Canonicum præstat Civili? Neg. Qui errat in jure, non usucapit. *l. 31. P. h. t.* An qui dubitat.? Disting.

38. In usucapionibus & pręscriptionibus possessio desideratur continua, quę duret continuò sine aliqua interruptione. *l. 3. P. h. t.* Interrumpitur usucapio vel naturaliter, si quis de possessione vi dejiciatur. *l. 5. P. eod.* vel civiliter, per litis contestationem, aut libelli oblationem. *l. 7. in pr. & §. 5. C. de Præscript. 30 ann.*

39. Possessio durat continuò, etiam in diversis personis, veluti venditore & emptore. *l. 13. §. 4. P. de A. P.* sed hic conjunctio temporum non aliter locum obtinet, quam si uterque bonam fidem habeat, si alterutrius possessio sit vitiosa, usucapio non procedit. *d. l. 13. §. fin.* Si igitur venditor rem quam pro emptore usucapere cœperat, emptori scienti rem alienam esse tradiderit, usucapio non continuatur. *l. 2. §. 17. P. Pro emptor.* sed vitium autoris non nocet nec prodest successori particulari. *l. 5. P. de Divers. præscript.*

40. Si rem creditori pignori obligatam extraneus subripuerit, vitium furti purgatur, si revertatur in potestatem debitoris. *l. 4. §. 6. P. h. t.* Si debitor rem creditori pignori datam subtraxerit, an usucapit emptor? Affirm. *l. 5. P. pro empt.*

41. Partus ancillæ furtivæ usucapitur, si sit conceptus

cepeus & editus apud bonæ fidei possessorem. *l.* *48. §. 5. P. de Furt.* In pecudibus & in fœtu earum idem servandum esse, quod in partu concludit *d. §. 5. in fin.*

42. Non præscribitur pacto de retrovendendo, ex sententia vulgi erronea. An jus pignoris luendi amittitur præscriptione 30. annorum? Affirmantium sententia est probabilis, *arg. l. 3. C. de præscript. 30. ann.*

43. Qui ignorans rem emit à furioso, cum putaret eum sanæ mentis esse, usucapit, & publicianam habet. *l. 7. §. 2. P. de Public. in rem act.*

44. Usucapit pro herede tam suus quam extraneus heres. *tit. P. pro hered.*

45. Per usucapionem & præscriptionem adquiritur dominium directum, ratione rei corporalis, proprietatis, rei incorporalis, dominium juris. *l. 10. §. fin. P. de A. R. D.* Sed ideo pignus non extinguitur, si fortè res usucapta ante alii fuerit pignori obligata *l. 44. §. 5. P. de Vsurpat. & usucap.* An ex capite ignorantiæ adversus præscriptionem datur restitutio? Neg. *l. fin. circ. fin. C. de Long. temp. præscript.*

DE RE JUDICAT.

46. Arbitri laudum non est propriè sententia. *l. 13. §. 5. P. de His qui not. infam.* laudum non parit actionem, neque ab eo appellatur. *l. 1. C. de Re-*

cept

cept. arbitr. etiamſi arbiter iniquum pronuntiaverit. *l. 27. §. 2. P. eod.*

47. Judex ſententiam proferre debet, libello conformem, certam, etiamſi cum eo de incerta quantitate actum ſit. *§. 32. Inſt. de Action.* & citatis litigantibus, quos cauſa concernit, ſententia ferenda eſt; Inter abſentes judicatum non valet. *l. 47. P. de Re judic.* niſi legitimis edictis evocati copiam ſui non faciant. *l. 7. C. Quomod. & quand. jud.* Sententiam autem ſemel dictam judex corrigere nequit. *l. 55. & 62. P. de Re jud.*

48. Inter pares numero judices ſi diſſonæ ſententiæ proferantur, reus abſolvendus eſt, niſi ſit cauſa liberalis, in qua ſententia illa prævalebit, quæ favet libertati. *l. 38. P. eod.* & ſi in diverſas ſummas condemnent, minima ſpectanda eſt. *d. l. 38. §. 1.*

49. Sententia non retractatur propter inſtrumenta de novo reperta. *l. 4. C. de Re judic.* Sed ex falſis inſtrumentis vel teſtimoniis lata ipſo jure eſt nulla. *l. 1. 2. & tot. tit. C. Si ex fals. inſtrum. jud.* & generaliter ſententia contra juris tenorem lata ipſo jure annullatur. *l. 19. P. de Appellat.*

50. Victus victori in expenſas condemnandus eſt. *l. 13. §. 5. C. de Iudic.* non ſolum in civilibus, ſed & in criminalibus cauſis. *l. 6. P. de Quæſtion. l. 3. C. Qui accus. non poß.*

51. Sententia fertur in procuratorem, ſed in dominum

dominum actio judicati dirigitur. *l. 1, C. de Sentent. l. 4. P. de Re jud.* Etiamsi res inter alios iudicata aliis non præjudicet, verum nec prosit aliis. *l. 63. P. eod.*

52. Reus condemnatus quadrimestre spatium habet, intra quod solvat judicatum. *l. 2. C. de Vsur. rei judic.* quod tempus conceditur condemnatis in actionibus personalibus; In realibus restitutio facienda est statim. *§. 2. Inst. de Offic. jud. l. 68. P. de R. V.* An tempus judicati faciendi potest prorogari vel artari? Disting.

53, Pro judicato habetur confessus. *l. 1. P. de Confess.* nullæ sunt partes judicandæ in confitentes. *l. 25. §. 1. P. Ad l. Aquil.* Imò confessus condemnandus est. *l. 3. & 5. P. de Confess.* Non est contrarietas. An qui crimen fatetur, pro confesso damnandus est? Non semper.

54. Sententiam exequitur Magistratus, seu, qui habet jurisdictionem, per apparitorem, sed sententias judicum pedaneorum exequuntur hi, qui eos dederunt. *l. 13. in princ. P. de Re judic.* Judices tamen à Principe dati ipsi sententias exequuntur. *l. ult. C. de Iudic.* Neque hoc correctum est per *Nov. 53. c. 4.* An judex exequendæ rei judicatæ datus de causa cognoscere potest? Disting.

55. Flebile cessionis adjutorium est personale, neque conceditur fidejussoribus. *l. 7. P. de Exception. §. fin. Inst. de Replicat.* Non denegatur debitori, licet juraverit, se soluturum. Imò remissum est, qui ejuravit bonam copiam. *Nov. 135. c. 1.* An privatur debitor beneficio cessionis, si ei renunciet, & debito ad diem non soluto ad carcerem se obliget? Affirmant Dd. multi, quorum sententiam probare videtur Covarruvias. Nos negantium partes præferimus, *arg. l. 71. §. 2. P. de C. & D. l. .. D. de Liber. hom. exhib.*

DISPVTATIO QVARTADECIMA.

RESPONDENTE

REINERO REINERI, *Neomago-Gelro.*

QVIB. EX CAVS. IN POSSESS. EAT.

APHORISMUS I.

IN possessionem omnium bonorum debitoris latitantis mittitur creditor. *l. 1. P. h. t.* etiam cui sub conditione debetur. *l. 6. P. eod.* neque illud corrigit Novella *53. c. 4. §. 1.* An in hac missione primum & secundum decretum observatur? Negantium opinionem contra plerosque verio-

rem esse judicamus, & cum Theophilo Græco Interprete, si debitor missionem contemnat, & creditores fraudari pergat, decretum eos impetrare asserimus, non de bonis de novo possidendis, se proscribendis atque vendendis.

QVÆ IN FRAVD. CREDITOR.

2. Si debitor alienaverit bona in fraudem creditorum, dominium transfertur. *l. 26. P. de Contrah. empt.* Sed rescinditur alienatio, atque bona revocantur actione in factum. *l. 10. P. h. t.* quæ dicitur; actio Pauliana in *l. 38. §. 4. P. de Vsur.* de qua existimamus agi in *§. 6. Inst. de Action.* & judicium eorum explodimus, qui necessariò actionem istam in classem actionum in rem referunt, *arg. l. 1. §. 26. P. Si quid in fraud. patron.* An debitor qui quidem non alienet sua bona, sed conditione acquirendi non utatur, veluti si legatum aut hereditatem delatam recuset, in fraudem creditorum alienasse intelligendus est, ut actio Pauliana locum habeat? Nihil minus. *l. 6. in princ. & §. 2. P. h. t.*

DE INTERDICT.

3. Interdicta seu actiones quæ pro his exercentur, sunt judicia possessoria, & conceduntur, cum de possessione aut quasi possessione inter aliquos contenditur. *pr. Instit. de Interdict.* Actiones istæ Dd. quibusdam sunt mixtæ & in rem & in personam: Pessimè. sunt enim in factum actiones. *l. 1. l. 3. §. fin. P. de Vi & vi armat.* in personam igitur

l. 25

l. 25. P. de O. & A. Add. l. 1. §. pen. P. h. t.

4 Interdicta ſunt vel adipiſcendæ vel retinendæ vel recuperandæ poſſeſſionis cauſa comparata. §. 3. Inſt. h. t. Duplicia & mixta tam recuperandæ quam adipiſcendæ poſſeſſionis non agnoſcimus. l. 2. §. 3. P. h. t. Præterea Judicia poſſeſſoria dividi ſolent in ſummaria ſummariſſima vel momentanea, & ordinaria ſive plenaria. Diviſio eſt contraria principiis juris: Omnis enim poſſeſſionis cauſa eſt momentanea, mox, celeriter, & ſummatim expedienda. l. 3. C. de Interd. l. 8. C. Vnde vi.

5. Interdictum Quorum bonorum directum datur bonorum poſſeſſori. l. 1. P. Quor. bonor. utile heredi cuilibet. l. 1. C. eod. etiam ſuo, quicquid dicat Coraſius, contendens interdictum hoc eſſe ſupervacuum, quod poſſeſſio ſuo heredi ipſo jure adquiratur, quem errorem ſupra rejecimus. Interdicto quod legatorum tenentur legatarii res hereditarias propria autoritate occupatas reſtituere, & nihilominus ſalvæ iis manent legatorum actiones. l. 1. §. 2. P. Quod legat. An interdictum hoc in donationibus mortis cauſa locũ habet? Neg. l. 1. §. 5. P. eod. Interdicto de tabulis exhibendis tabulæ teſtamenti exhibendæ ſunt iis, quibus in illis adſcriptum quid vel relictum eſt. l. 1. P. de Tabul. exhib. Interdictum hoc locum non habet, ſi teſtamentum non fuerit ſignatum. l. 6. P. Ad l. Cornel. de Fals. An poſt annũ datur? Affirm. l. 3. §. pen. P. de Tabul. exhib.

6. Interdictum unde vi datur dejecto de possessione naturali vel civili, non ei qui possidet. *l. 1. §. 9. & 23. P. de Vi & vi arm.* Interdictum autem uti possidetis vi dejecto non competit. *l. 1. §. 4. & 6. P. Vti possid.* An heredibus dejecti aut in possessione turbati defuncti interdicta hæc accommodantur? Neg. *arg. dd. text. jung. l. 23. P. de Acquir. possess.*

7. Interdictum uti possidetis possessorẽ prædii tuetur. *d. §. 6.* etiam fructuarium. *l. fin. P. d. t.* licet ne quidem rem fructuariam naturaliter possideat, *arg. l. 6. §. 2. P. de precar.* Eadem ferè est ratio sequestris, *arg. l. 17. §. 1. P. Deposit.* An pro defendenda quasi possessione servitutum datur? Neg. *arg. d. l. 1. P. Vti possid.* An sententia in interdicto retinendæ possessionis lata est interlocutoria? Nequaquam. Definitivam esse vel inde colligitur, quod in possessorio sententia judicis controversia terminetur & perimatur. *l. 3. C. h. t. junct. l. 1. P. de Re jud.*

8. Precarium, quod non est rei propriæ *l. 4. §. 3. P. de Precar.* non finitur morte concedentis. *l. 12. §. 1. P. eod.* non transfert possessionem naturalem in accipientem. *l. 6. §. 2. P. d t.* Datur ejus nomine non tantum interdictum, sed & incerti condictio sen actio præscriptis verbis. *l. 19. §. fin. P. de precar.* quæ stricti juris est, *arg. §. 28. Inst. de Action.*

9. In-

9. Interdictum Salvianum datur locatori prædii rustici, si res coloni illatæ in rusticum prædium expressâ pactione sint pignori obligatæ, citra quam conventionem fundi domino non tenentur. *l. 4. P. in quib. caus. pign. tacit. contrah.* Et conceditur hoc interdictum contra conductorem & debitorem. *l. . C. de Precar.* An & contra quemcunque alium possessorem? Affirm. *arg. l. 1. §. pen. P. de Interd.*

DE EXCEPTIONIB.

10. Procuratori exceptio objicitur, quod causa sit publici judicii; Ad crimen enim judicii publici persequendum frustra procurator intervenit, multoque magis ad defendendum. *l. pen. §. 1. P. de public. jud.*

11. Exceptio non numeratæ pecuniæ intra biennium est opponenda, post biennium debitor, licet probare velit pecuniam sibi numeratam non esse, non auditur. *l. 14. C. de Non numer. pecun.* An exceptioni huic renuntiari potest? Affirm. *arg. pen. C. de Pact.*

12. Exceptiones dilatoriæ, veluti præscriptio fori, exceptio procuratoria &c. sunt proponendæ ante litem contestatam. *l. pen. & ult. C. h. t.* An in proponendis exceptionibus dilatoriis exceptio fori primum locum obtinere debet? Ajt vulgus, ne alias reus in judicem consensisse videatur. Ego id nego. Exceptiones peremptoriæ etiam post li-

tem contestatam usque ad sententiam proponi pos-sunt. *l. 9. C. de Except.* post sententiam regulari-ter non opponuntur. *l. 2. C. Sentent. rescind. non poss.* Ad exceptiones peremptorias refero exce-ptionem divisionis. *arg. l. 10. C. de Fidejussor.* An exceptiones peremptoriæ aliæ perimunt actione ipso jure, aliæ ope exceptionis? Distinctio est stoli-da. *l. 34. §. 1. P. de O. & A.*

13. Defensiones sive exceptiones ad intercesſores extendi, quibus reus principalis integro ma-nente statu munitus est constat, verba sunt *l. 11. C. h. t.* quò refero v. g. exceptiones Scti Velleja-ni, Macedoniani, *l. 7. §. 1. P. eod.* Dubitatur, an exceptio restitutionis, quæ minori ætatis lubrico læso conceditur, etiam tribuatur fidejussoribus? Neg. *l. 2. C. de Fidejussor. min.*

DE OBLIGATION. & ACTION.

14 Obligationes ex contractu aut re contra-huntur, aut verbis, aut consensu. *l. 1. §. 1. P. h. t.* omittuntur literę, quia non obligamur figura lite-rarum, sed oratione, quam exprimunt literæ. *l. 38. P. eod.* add. *l. 3. C. de Non numer. pecun.*

15. Furiosus sive stipuletur, sive promittat, ni-hil agit naturâ, eadem ratio est infantis. *d. l. 1. §. 12. & 13.* & prodigi quodad promissionē, non ad-quisitionem. *l. 6. P. de V. O.* Pupillus infante ma-jor alium sibi obligat. *d. §. 13.* sed promittendo obligatur

obligatur naturaliter, licet non ſit factus locupletior. *l. 25. §. 1. P. Quand. di. legat. l. 127. P. de V. O.* Pubes ſine curatoribus, quos habet etiam obligatur civiliter. *l. 43. P. h. t. l. 101. P. de V. O.* Filiusfam. quoque legitimæ ætatis ex quolibet contractu obligatur civiliter, nec mutuum excipitur. *l. 39. P. h. t.*

16. In concurſu duarum actionum rei perſecutoriarum una aliam tollit vel ipſo jure vel per exceptionem. *l. 34. §. 1. P. h. t.* Cum ex uno delicto plures naſcuntur actiones pœnales, omnibus experiri lex permittit. *l. 32. P. eod.* Si concurrat actio mixta cum rei perſecutoria, mixta hanc tollit, ſed rei perſecutoria, ſi prius inſtituatur, non omnino conſumit mixtam. *d. l. 34. §. fin.*

DE VERBOR. OBLIGAT.

17. Cauſa verborum obligationis producendæ non eſt ſtipulatio ſola, ſed & dictio dotis, & jusjurandum liberti. *l. 13. P. de Acceptil.* ſingulare hoc eſt: promiſſorium enim jusjurandum regulariter actionem non parit.

18. Stipulatio eſt inducta jure civili atque inventa aliarum obligationum firmandarum gratia. *princ. Inſt. de V. O.* Stipulatio ſola per ſe non producit obligationem efficacem, *l. 2. §. 3. P. de Dol. mal. except.*

19. Error in corpore vitiat ſtipulationem. *l.*

137. §. 1. P. h. t. Non vitiat ſtipulationem totam diverſitas reſponſionis, ſi eſt in quantitate. *l. 1. § 4. P. eod.* Sed fidejuſſor, ſi ſe obligaverit in majorem ſummam, quam debet reus principalis, omnino non obligatur, ſeu fidejuſſio in totum nulla eſt. *l. 8. §. 7. P. de Fidejuſſ.*

20. Qui alium daturum vel facturum promiſit, non obligatur. *l. 38. §. 4. P. de V. O.* Qui autem promittit, ſe effecturum, ut alius daret vel faceret, obligatur. *§. 3. Inſt. de Inutil. ſtipul.* Diſputatur, an liberetur promiſſor, ſi ſummâ adhibitâ diligentiâ efficere non potuerit, ut alius daret vel faceret? Neg. *arg. l. ult. P. de R. C.*

21. Qui facturum ſe promiſit, non cogitur præcisè factum præſtare, & ſi factum non ſequatur, id quod intereſt ſuccedit. *l. 72. P. de V. O.* An, qui dare promiſit, præcisè ad dandum compelli poteſt? Affirm. *Dd. commun.* Ego nego. Si quis autem fieri aliquid ſtipuletur, & ſi factum non præſtetur, pœnam, hac ſtipulatione poſteriori pœnali prior principalis non tollitur. *l. 115. §. ult. P. de V. O.* Pœna promiſſa eſt, qui pœnam promiſit moritur relictis pluribus heredibus, ſi unus ex iis non paruerit legi ſtipulationis, an ab omnibus pœna commiſſa eſt? Affirmat *l. 5. §. fin. junct. l. 85. §. pen P. h. t.*

22. In ſtipulatione individua ſinguli tenentur in ſolidum; ſi contra clauſulam *dolum malum abeſſe,*

abſuturum

abfuturum esse, sit factum: at singuli pro partibus tenentur, quando stipulatio est dividua. *l. 2. §. 1. P. h. t.* In stipulatione dividua solutio particularis admittitur, si fiat volenti creditori, invito pars pro toto solvi nequit. *arg. l. 2. §. 1. P. de R. C.*

23. In stipulatione pura dies cessit & venit, h. e. confestim debitum exigi potest. *l. 118. §. 1. P. h. t.* Atqui si quis sit stipulatus insulam fieri, ante agere nequit, quam tempus præterierit, quo agi posset. *l. 14. P. h. t.* Si dies adjiciatur, obligatio est nata, sed ante adventum diei in effectu actio non instituitur. *l. 213. P. de V. S.* Si quis ita fuerit stipulatus, *Si Kalendis Stichum non dederis decem dare spondes?* si moriatur Stichus ante Kalendas, confestim agi nequit, sed actori dies exspectandus est. *l. 8. P. h. t.* Contra, debitor certa die promissum ante diem creditori solvere non prohibetur. *l. 38. §. 16. P. de V. O.* Si sub conditione promittatur, dies nec cessit nec venit. *d. l. 213.*

24. Stipulatio collata in arbitriũ promissoris, *Si voluerit*, non valet. *l. 46. § fin. P. h. t.* Sed stipulatio ita concepta sustinetur, *Dabis cum volueris? d. l. 46. §. pen.*

25. Ex stipulatione proficiscuntur duæ actiones, condictio certi, si sit certa stipulatio; ex stipulatu actio, si incerta sit. *princ. Inst. de V. O.* Utraque stricti juris est, etiam illa quæ est adjecta judicio, quod per se bonæ fidei est. Excipitur actio ex stipulatu, qua ex speciali privilegio dos da-

ta reposcitur. *l. un. §. 2. C. de R. V. A.* Aliud est, si dos stipulanti marito promissa exigatur, *arg. l. fin. §. 2. C. de J. D.*

DE DVOB. RE. CONST.

26. Duobus vel pluribus correis credendi rei promittendi sunt obligati in solidum, & petitione, exactione, acceptilatione unius tota obligatio ipso jure solvitur. *l. 2. P. h. 1. §. 1. Inst. de Duob. re. stipul.* nec quod unus exegit, alteri correo communicare tenetur. *arg. l. 62. P. ad l. Falcid.* An correus stipulandi in præjudicium alterius jus novandi habet? Affirm. *l. 31. §. 1. P. de Novat.* Duo item rei promittendi obligantur in solidum, neque beneficium divisionis habent; ne quidem jure novissimo, ut tamen unius solutione reliqui liberentur. *§. 2. Inst. de Duob. re.* quod autem unus solvit, pro rata à reliquis non repetit. *l. 2. C. eod.* neque post solutionem beneficium cedendarum actionum habet. *l. 76. P. de Solut.* An si creditor ab uno partem exegerit, eundem nihilominus pro alia parte convenire potest? Affirm. *l. 8. §. 1. P. de Legat. 1.* An, si duo rei promittendi sint, alterius mora nocet alteri? Neg. *l. 32. §. pen. P. de Usur.*

DE FIDEJVSSOR.

27. Creditor principalis cogi nequit, ut liberet fidejussorem & accipiat alium etiam æque idoneum

reum, *arg. l. 45. §. 1. P. Mandat.* ſed liberatur fidejuſſor, qui ad certum tempus fidejuſſit, ſi terminus obligationis prorogetur. *l. 7. C. Locat.* An, ſi fidejuſſor vi conventionis ab initio idoneus eſſe deſinat, de novo cavendum? Neg. Cæterum fidejuſſorem per ſe non idoneum facit idoneum approbatio creditoris, cui cautio præſtanda, modò non ſit datus fidejuſſor ille, qui de jure fidejubere planè prohibetur, quomodo ſtipulatio ſatisdationis non eſt impleta.

28. Fidejuſſor adſumitur etiam in obligatione naturali, veluti pupilli. *l. 127. P. de V. O.* Pro furioſo, prodigo, qua talis non intercedit. *l. 6. P. eod.* Pro eo qui obligatus eſt merè civiliter intercedens obligatur, ſed per exceptionem obligatio efficitur inanis, quia exceptio, quæ rei cohæret, etiam adcommodatur fidejuſſoribus. *l. 7. §. 1. P. de Except.*

29. In cauſis etiam criminalibus fidejuſſores recipiuntur. *l. 3. P. de Cuſtod. reor.* Pro dote autem reſtituenda datus fidejuſſor non obligatur, etiamſi eum maritus ultrò obtulerit. *l. 1. & 2. C. Ne dent. fidejuſs. dot.*

30. Fidejuſſor obſtringitur ad id quod fuit tempore contractæ fidejuſſionis in obligatione principali. Neque propter moram rei obligatio fidejuſſoris augetur, ut in uſuras teneatur. *l. 8. P. de Eo quod cert. loc.* Si terminus ſolutionis proro-

getur

gatur, fidejussor obstrictus manet.

31. Beneficium ordinis non amittit fidejussor, qui intercessit juratò; aut se ut principalem obligavit, quemadmodum nec amittitur beneficium divisionis, licet adjectum sit in obligatione, ut singuli tenerentur in solidum. *l. 3. C. h. t.*

32. Creditor fidejussori, qui solidum solvere paratus est, compellitur cedere, vendere, cæterorum nomina. *l. 17. P. h. t.* & pignora. *l. 2. C. eod.* quæ etiam exceptio cedendarum actionum obstat creditori, qui facto & culpa sua actiones, quas habuit contra reum principalem & reliquos fidejussores, amisit, *arg. l. 95. §. pen. P. de Solut. junct. l. 75. P. de R. J.* An factâ solutione beneficium cedendarum actionum exigi potest? Affirmativam probare soleo ex *l. 36. P. h. t.* Add. *l. 28. P. Mandat.*

DE MOD. TOLLENDAR. OBLIG.

33. Obligatio tollitur ipso jure variis modis, veluti Novatione voluntaria, non necessaria; quę distinctio in jure fundamentum habet. *l. 29. P. de Novat.* Novatio ista distincta est á delegatione. *l. 17. P. eod.* & tum demum hodie facta intelligitur, cum expressè inter contrahentes id actum est. *l. ult. C. de Novat.* An ante istam Constitutionem novatio ex conjecturis & pręsumptionibus inducta fuit

ıit. Non ſemper: quandoque ſpecialis conven-
.o requirebatur. *l. 29. & 31. §. 1. P. eod.*

34. Solutione ejus quod debetur obligatio diſ-
ɔlvitur, aliud pro alio, veluti æſtimatio pro re in-
ito creditori ſolvi nequit. *l. 2. §. 1. P. de R. C.* ſi
ebeantur diverſę ſummæ, in poteſtate debitoris
ſt exprimere, in quam cauſam reddat, alioqui e-
:ctio convertitur ad creditorem: ſi neuter volun-
ıtem ſuam expreſſerit, in graviorem cauſam ſolu-
ım imputatur, & hac ceſſante, in antiquiorem. *l.*
. & 5. P. de Solut.

35. Rectè ei ſolvitur, qui ſolutionis cauſa ad-
:ctus eſt, modo in eodem ſtatu maneat, quo fuit
:mpore ſtipulationis interpoſitę; ſi poſt ſtipula-
.onem patiatur capitis diminutionem, ſolutio fa-
:ta non liberat debitorem. *l. 38. in pr. P. de Solut.*

36. Vicem ſolutionis obtinet compenſatio. *l.*
. P. Qui pot. in pign. qua ipſo jure minui actiones
ſſeruimus *ſupr. ad tit. de Compenſat.* Eadem eſt ra-
.o obſignationis totius debitę pecunię ſolenniter
ıctæ. *l. 9. C. de Solut.* Si debitor debitam pecuniam
:mpore & loco opportuno realiter oblatam recu-
:t, eam ſacculo incluſam obſignabit, obſignatam
ı publico deponet. *l. 19. C. de Vſur.* quę oblatio
ebitori liberationem parit. *d. l. 9.*

37. Quando creditor debitori, aut debitor cre-
ditori

ditori heres exiſtit, confuſione tollitur obligatio & naturalis & civilis. *l. 95. §. 2. P. de Solut.* At ſi creditor fidejuſſori vel fidejuſſor creditori heres exiſtat, ſolvitur obligatio acceſſoria, principalis integra manet. *l. 71. P. de Fideiuſſor.* Si debitor fidejuſſori vel fidejuſſor debitori heres exiſtat, idem eſt. *l. 5. &. 21. §. pen. P. eod.*

38. Acceptilatio eſt actus legitimus. *l. 77. P. de R. J.* ſolennis. *l. 1. C. de Acceptil.* juris civilis, *l. pen. P. de Solut.* & tollit ſolas verborum obligationes non etiam cęteras ipſo jure. *l. 19, P. de Nov.* niſi deducantur in ſtipulationem Aquilianam, juxta formulam Galli Aquilii, quæ extat in *l. 18. §. 1. P. d. t.* unde manifeſtum errorem committunt, qui acceptilationem diſtinguunt in Aquilianam, & in ſpecie ita dictam. Ex prioribus concludo, ipſam acceptilationem nec diem nec conditionem recipere. *l. 4. & 5. P. de Acceptilat.* neque per procuratorem acceptilatione quempiam liberari poſſe. *arg. l. 13. §. 10. P. eod. junct. d. l. 77.* Si Stichum aut decem ſub conditione ſtipulatus, Stichum aut decem acceptum fecerit, & pendente conditione Stichus deceſſerit, decem in obligatione manebunt, perinde ac ſi acceptilatio interpoſita non fuiſſet. *d. l. 13. §. 6.* Imò non manebunt, quia acceptilatione unius rei tota obligatio eſt ſublata. *l. 27. §. 6. P. de pact.* Conciliatio erit manifeſta.

39. Cum res in ſtipulationem aut alium con-

tractum

tractum deducta ſine culpa aut mora debitoris in rebus humanis eſſe deſiit, liberatur debitor. *l. 92. & pen. ff. de Solut.* morâ obligatio perpetuatur, atque debitor æſtimationem prȩſtare debet. *l. 23. & 91. ff. de V. O.* niſi res eodem modo interitura fuiſſet, licet ſtatim reſtituta eſſet creditori. *l. 14. §. 1. ff. Depoſit. l. 47. §. fin. ff. de Legat. 1.* In æſtimatione extincti corporis ineundâ, ſi dies aut locus contractui adjectus fuerit, inſpicimus diem aut locum, de quo inter contrahentes convenit, neque hic diſtinguitur inter judicia bonȩ fidei & ſtricti juris. *l. 3. in fin. ff. de A. E. l. 22. ff. de R. C.* ſin minus, in judiciis ſtricti juris ſervatur tempus judicii accepti, ſeu litis conteſtatȩ. *d. l. 22. l. fin. ff. de Condict. tritic.* in judiciis bonæ fidei tempus rei judicandæ. *l. 3. §. 2. ff. Commodat.* Quod ſi corpus ſine culpa debitoris interierit, dubitari ſolet, an de acceſſionibus & reliquiis creditor agere poſſit? Mortuo bove, qui legatus eſt, neq; caro neq; corium debetur, verba ſunt *l. 49. in pr. ff. de Legat. 1.* Imò bove ſubrepto & occiſo, condictio & bovis & corii & carnis domino competit. *l. 14. §. 2. ff. de Condict. furt.* Non eſt antinomia.

40. Obligatio efficax tollitur ope exceptionis, ſi pacto convento debitum remittatur. *§. 3. Inſt. de Except.* obligatio naturalis tollitur ipſo jure, uti pecuniæ numeratione, ita juſto pacto aut jurejurando. *l. 95. §. 4. ff. de Solut.* Hypotheca quoque tol-

litur

litur nudo consensu contrario. *arg. l. 100. P. de R. J.*

DE STIPVLAT. PRÆTOR.

41. In stipulationibus prætoriis, si ambiguus sermo acciderit, erit interpretatio prætoris, prætoriæ jurisdictionis. *l. 1. & 9. P. h. t.* ubi verò solâ conventione stipulatio contracta est, oratio ambigua explicatur contra stipulatorem. *l. 39. P. de pact.* quæ controversia in multas difficultates incidit; An jure singulari in omnibus prætoriis stipulationibus ex procuratoris stipulatione domino citra cessionem actio competit? Affirm. *l. 5. P. h. t. junct. l. 49. §. fin. P. de A. P.*

42. Ad prætorias stipulationes refertur stipulatio judicatum solvi. *l. 1. in pr. & §. 1. P. h. t.* quæ continet expeditam quantitatem. *l. 9. P. Judicat. solv.* & post rem judicatam dies statim cedit, sed exactio in tempus reo principali indultum differtur. *l. 1. P. eod.* Tempus igitur judicatis indultum humanitatis gratia. *l. 16. §. 1. P. de Compensat.* etiam competiit fidejussoribus ante constitut. *l. fin. §. fin. C. de Vsur. rei judic.* quâ idem privilegium quibuscunque fidejussoribus tribuitur. Verum notandus est error gravissimus antiquorum Glossatorum, qui inde colligunt, sententiam latam contra reum principalem sine condemnatione executioni posse mandari contra fidejussorem. Dies tantum cessit. *d. l. 1. P. Iudic. solv.* h. e. incipit pecunia deberi.

l. 213.

. 213. P. de V. S. quod in quolibet fidejussore obtinere debet, ne contra juris regulas ab executione incipiatur.

DISPUTATIO QUINTA-DECIMA, *& ultima.*

RESPONDENTE

EVERHARDO HARSCAMP, *Arnhem.*

DE

PRIVATIS DELICTIS.

APHORISMUS I.

DElictum in genere est privatum vel publicum, *arg. l. 1. & 2. P. de Ll.* Crimina extraordinaria ad delicta privata refero. *l. 1. §. fin. P. de Pœn.* non sunt publica. *l. 3. P. de Extraord. crimin.* quia non descendunt ex legibus publicorum judiciorum. *l. 1. P. de Public. jud.* In extraordinariis criminibus pœna irrogatur arbitrio judicis, qui pro delicti qualitate hîc pœnam capitalem infligere potest. *arg. l. 9. P. de Extraord. crimin. l. 3. §. 7. & l. ult. P. de Sepulchr. viol.* Ex delictis privatis agitur civiliter, vel criminaliter. *l. fin. P. h. t. l. fin. P. de Furt. l. fin. P. de Injur.* sed judicium unum alterum consumit. *l. 56. §. 1. P. de Furt.*

2. Cogitatio nuda non eſt crimen, nec quiſquam ejus pœnam patitur. *l. 18. P. de pœn.* Sola cogitatio furti faciendi non facit furem. *l. 1. §. 1. P. de Furt.* imò ne quidem qui conſilium dedit, atque hortatus eſt ad furtum faciendum tenetur furti. *§. 11. Inſt. de Obligat. quæ ex delict. naſc.* neque qui exhortatur, opera mandatoris fungitur. *l. 20. P. de His qui not. infam.* Sine contrectatione non fit furtum. *l. 52. §. 19. P. de Furt.* Inficiando depoſitum ideò nemo furtum facit. *l. 67. P. eod.* Abolita quoq; eſt ſententia quorundam exiſtimantium, fundi locive furtum fieri. *l. 38. P. de Vſucap.* Inter veteres ex ſententia A. Gellii fuit Maſlurius Sabinus, qui aſſeruit, *Furti condemnatum colonum, qui fundo, quem conduxerat, vendito poſſeßione ejus dominum intervertiſſet.* Neque illud mutatum eſt per *l. fin. C. Vnde vi.* ut gloſſa exiſtimavit. An qui ex acervo frumenti modium ſuſtulit, totius rei furtum facit? Neg. in tantum furti actione tenetur, quantum abſtulit. *l. 21. P. de Furt.* Controverſia hæc eſt difficilis propter leges inter ſe collidentes.

3. Furtorum duo ſunt genera: Manifeſtum & Nec manifeſtum. *l. 2. P. de Furt.* Non eſt ſimul & manifeſtum & nec manifeſtum furtum. Furtum manifeſtũ, quando in ipſo maleficio fur cum furto deprehenſus aut viſus eſt. *l. 3. §. 1. l. 7. §. 2. P. eod.* Exempla furti nec manifeſti occurrunt paſſim, ſic v. g. qui rem alienam caſu amiſſam lucrandi ani-

mo

mo sibi detinet, furtum nec manifestum committit. *l. 43. §. 4. P. d. t.* Sed à furto excusatur ille, qui libellum proponit continentem invenisse, & redditurum ei qui desideraverit. *d. l. 43. §. 8.* An si dominus denuntiatione publicè facta non compareat, res inventæ pauperibus sunt distribuendæ? Affirmat communis opinio, referente Fr. Sarmiento. Ego inventorem præfero, *arg. l. fin. C. de R.V.*

4. Pœna furti manifesti est quadrupli, nec manifesti dupli. *§. 5. Inst. de Oblig. quæ ex del.* Pro furto ex sanctione Justin. in *Nov. 134. c. ult.* nemini debet membrum abscindi, aut mori, sed aliter fur castigandus est, etiamsi furti criminaliter agatur. Ob furtum simplex furem laqueo suspendi, iniquum est, & Juri Divino contrarium. Sive autem civiliter, sive criminaliter agatur, non distinguitur inter furtum rei minimæ & magnæ qvantitatis, perperam contradicente Covarruvia: Quemadmodum accusatio extraordinaria de quacunque injuria etiam modica & levi competit, *arg. §. 10. Inst. de Injur. l. fin. P. de Privat. delict.*

5. Cum raptor omnino furtum facit, manifestus fur existimandus est. *l. 80. §. 3. P. de Furt.* nec actio de vi bonorum raptorum actionem furti manifesti planè consumit, nec, si cum raptore agatur judicio publico de vi publica vel privata, judicium privatum cessat. *l. un. C. Quand. actio civ. crimin.*

6. Actio de vi bonorum raptorum dolum malum requirit, unde si quis errore ductus rem suam rapuerit, judicio de vi bonorum raptorum non tenebitur, sed aliter mulctabitur. *l.2.§.18.P.de Vi bon. rapt.* ex constitut. *l.7.C.Vnde vi.* dominium ejusdem rei amittit, atque adquiritur priori possessori, non etjam fisco, *arg. l.fin. P. de Litigios.* non obstante *l.3. C. Theodos. Ad l. Iul. de vi.* An ex pactione licet creditori propriâ autoritate pignus alienare? Affirm. *l. pen. C. de Pignor. act.*

7. Qui non convitii consilio se aliquid injuriosum dixisse probavit, eum fides veri excusabit. *l. 5. C. de Injur.* Sed si verba per se sint injuriosa & natura sua probrosa, non excusatur, etiamsi protestetur, se ea proferre salvo honore, salva reverentia. An competit actio injuriarum, si quis nocenti verũ crimen objecerit? Neg. *l. 18. P. de Injur.*

8. Accusationes mutuæ, quas in criminalibus vocare solent *anticategorias*, non sunt licitæ *l. 5. P. de Public. judic. l. 1. & 19. C. de His qui accus. non poss.* Modus item vindicandæ injuriæ verbalis est injustus; si quis aliquem nominet furem, non licet eidem convitium hoc modo retorquere, tu mentiris, ut fur, latro, homicida, *arg. l. 13. P. Quod met. caus.*

9. Actio injuriarum abolетur variis modis, veluti pacto, transactione. *l. 11. §. 1. P. de Injur.* anno. *l. 5. C. eod.* quod intelligendum est de injuria tam

cam illata scriptis quam verbis, etiam de casibus injuriarum, quibus prodita est actio ex *l.* Cornelia; unde judicium oritur, non criminale, sed civile, non publicum sed privatum, *arg. l. 42. §. 1. P. de procurat.* Num annus injuriarum est utilis, an continuus? Continuus, & currit ex die objecti criminis. *d. l. 5.* Contradicit Ant. Goveanus.

10. In criminibus extraordinariis pro qualitate delicti & circumstantiarum licet judici irrogare pœnam capitalem. *l. 9. P. de Extraord. crimin.* Ad crimina extraordinaria refero crimen partus abacti. *l. 4. P. eod.* Sepulchri violati, v. g. si quis ea, quæ etiam sepulchri ornandi causa sunt apposita, fregerit, *arg. l. 11. §. 2. P. Quod vi aut clam.* Pertinet quoque huc crimen concussionis, quod committunt non tantum privati, sed & qui sunt positi in administratione aliqua, *arg. l. 6. §. 3. P. de Offic. præsid. l. pen. C. de His quæ vi met. caus.* Item crimen de receptatoribus, quod non semper vindicatur supplicio capitali, *arg. l. 1. C. de Receptator.*

DE PUBLIC. JUDIC.

11. Quo minus exerceatur jurisdictio criminalis, impedimento non est, quod non sit accusator privatus, officium enim accusat, congruit bono & gravi præsidi conquirere facinorosos. *l. 3. & 13. P. de Offic. præsid.*

12. In causis criminalibus gaudent milites fori

privilegio, atque ex ſententia *Dd.* communi ſunt conveniendi coram Magiſtro militum, ſi delictum commiſerint militare, ſin commune, exemplo paganorum conveniuntur ubi reperiuntur, ut fruſtra præſcriptionem militiæ opponant. Diſtinctio eſt contraria textibus generalibus *l. pen. C. de Iudic. l. 6. C. de Iurisd. omn. jud.* An in criminibus gaudent Studioſi peculiari privilegio? Affirm. vulgus propter *Auth. habita. C. Ne fil. pro patr.* Contra verba & mentem Friderici.

13. Filii reorum criminis læſæ majeſtatis tam ante quam poſt crimen commiſſum nati ſubjiciuntur Conſtitutioni *l. 5. C. Ad l. Jul. majeſt.* Neque hoc planè rationibus deſtituitur, quamvis filios reorum criminis læſæ majeſtatis puniri, æquum non ſit. *l. 22. C. de Pœn.* Sed ſub appellatione filiorum nepotes hic non comprehendi judicamus, *arg. l. 6. P. de Teſtam. tut.* nec refragatur *l. 10. C. de Bon. proſcript.*

14. Sive uxor fuerit juſta ſive injuſta, accuſationem in cauſa adulterii inſtituere vir poterit. *l. 13. §. 1. P. Ad l. Jul. de adulter.* idem judicandum eſt de uxore vulgari. *d. l. 13. §. 2.* Etiam in ſponſa hoc crimen vindicatur. *ead. l. 13. §. 3.* Sed ſi uxoratus congrediatur cum ſoluta, Jure civili pro adultero non habetur. *l. 6. §. 1. P. d. t. l. 101. §. 1. P. de V. S.* Nec, ſi quis cum concubina alterius cojerit, adulterium committitur, imò & ſtupri pœ-

na cessat. *l. 1. §. 1. P. de Concub. l. 16. §. 1. P. de His quæ ut indign.*

15. Non punit lex Julia de adulteriis adulteros gladio, verum relegatione, *arg. l. 11. P. Ad l. Iul. de adult. l. 5. P. de Quæstion.* sed Constantin. in *l. 30. §. 1. C. Ad l. Iul. de adult.* sacrilegos alienarum nuptiarum gladio puniri oportere statuit. An à capitali pœna excusabitur, qui Mæviam virginem devirginare volens præter exspectationem, sed per justum errorem, adulteravit alterius uxorem? Affirmativa defendetur, *arg. l. 12. & pen. P. Ad l. Iul. de adult.* An sufficit conatus ad pœnam adulterii capitalem? Non videtur, *arg. l. 1. in princ. & §. ult. P. de Extraord. crim.*

16. Crimen raptus committitur, si quis virginem vel viduam honestè viventem rapuerit. *l. un. C. de Rapt. virg.* etiam si eam non stupraverit, aut vi quidem non abduxerit, sed vi stupraverit; etiamsi virgo consenserit. *d. l. un.* Sed constitutio cessat, si meretrix sit rapta. An virgo quæ rapuit adolescentem, summo supplicio afficienda? Non video quid obstet, si id contingat.

17. Mandator cædis pro homicida habetur. *l. 15. P. Ad l. Cornel. de sicar.* Imò is qui mandat hominem vulnerari, prohibet autem occidi, tenetur pœna capitali, *arg. d. l. 15. §. 1.* quæ tamen pœna non est adscribenda *L.* Corneliæ de sicariis. *l. 3. §. pen. P. d. t.* An, si occidere volens Titium, oc-

cidat Mævium, eadem pœna locum obtinet? Affirm. An conatus vindicatur pœna gladii? Affirm. *§. 5. Inst. de publ. judic.*. An si in rixa homo occisus sit, & percussor ignoretur, omnes sunt plectendi pœna capitali? Minimè *l. 5. & pen. P. de pœn.* An capite plectendus, qui consuluit divinatorem? Affirm. *l. 5. C. de Malefic. & mathemat.* An Mathematici jure civili rectè damnantur? Affirm. An qui duello occidit colluctatorē, plectendus est? Affirm. quod intelligendum est, tam si provocatus occiderit provocantem, quam si provocatus provocatum, nisi justa de causa abolitionem impetraverit.

18. Sacrilegus non est, qui res privatorum in ædem sacram depositas abstulit. *l. 5. P. Ad l. Iul. pecul.* An sacrilegus est, qui rem sacram è loco profano abstulit? Affirmantiũ sententia non est universalis.

19. Ex probationibus luce meridiana clarioribus, indiciis quoque & præsumptionibus indubitatis reus criminis capitalis convictus pœna ordinaria capitali puniri potest. *l. ult. C. de Probat. l. 34. C. Ad l. Iul. de adulter.*

20. Non tantum lege Cornelia de falsis tenetur, qui testamentum adulterinum seu falsum confecit, sed etiam qui eo usus fuit. *l. 2. P. & l. 8. C. Ad l. Corn. de Fals.* Ad alia instrumenta subrepta lex Cornelia non pertinet, sed furti actio locum habet, vel extra ordinem proceditur. *l. 27. & seqq. P. de Furt.*

Neque

[N]eque tenetur lege Cornelia, qui aliena instru[m]enta prodidit, sed extra ordinem præfectus urbi [h]oc admissum vindicabit. *l. 8. P. de Extraord. crim.* [A]n tenetur falsi, qui verum suppressit? Affirmat *[l.] 1. §. 4. P. Ad l. Cornel. de fals.* nec distinguit, u[t]rum pecunia accepta id fecerit, an gratis tacuerit. [A]dd. *l. 16. §. ult. P. eod.*

21. Carcer Jure civili non est pœna. *l. 23. C. [d]e pœn.* Carcer enim non ad puniendos, sed ad [c]ustodiendos homines haberi debet. *l. 8. §. 9. P. [e]od. l. 6. §. 7. P. de Injust. rupt. irr.* Si judex decre[v]erit reum carceri includendum, an ab hoc decre[t]o appellare licet? Affirm. *arg. l. 2. P. de Appell. [r]ecip.*

22. In omnibus ferè fisci quæstionibus pœnali[b]us viginti annorum præscriptio custoditur. *l. 13. [P]. de Divers. temp. præscript.* Non excipio crimen [p]arricidii, nec falsi. *l. 12. C. Ad L. Cornel. de fals.*

23. Qui instigavit ad accusandũ, incidit in Sctũ Turpillianum, & tanquam calumniator puniendus est. *l. 1. §. 13. P. Ad SC. Turpill.* Cessat hoc SC. interveniente publica abolitione. *l. 12. P. eod.*

24. Cui Princeps delicti gratiam dedit, aut reditum in patriam promisit, non ideo bona quoque propter sententiam amissa recuperat. *l. 2. & 3. C. de Sentent. paß.*

DE APPELLATION.

25. Beneficium appellandi est favorabile, cui

ideo renuntiari potest, ceu pacisci licet cum adversario ne appelletur. *l. 1. §. 3. P. A quib. appellar. non lic. l. ult. §. ult. C. de Tempor. appell.* Nec valet statutum, quod potestatem appellandi denegat, *arg. l. 3. §. 5. P. de Sepulchr. viol.* Sed inter alios quoque auxilium appellandi amittit condemnatus ob contumaciam. *l. 23. §. fin. P. h. t. l. 73. §. fin. P. de Iudic.*

26. Appellat & dominus, & is cujus interest, qualis est is qui per procuratorem expertus, victus est. *l. 4. §. 2. P. h. t.* Imo procurator & appellare & interpositam appellationem prosequi tenetur. *l. 2. P. An per al. caus. appell. l. 17. C. de Procur.* Et aliquando, licet ejus non intersit, qui appellat, appellatio admittitur, quomodo humanitatis ratione audiendus est, qui provocavit pro reo capitis damnato, quamvis sententiæ acquieverit. *l. 6. P. h. t. l. 29. C. eod.*

27. Non appellatur â Principe. *l. 1. §. 1. P. A quib. appell. non lic.* nec â Præfecto prætorio. *l. un. §. 1. P. de Offic. præfect. prætor.* Verum hujus sententia rescinditur per supplicationem. *l. un. C. de Sentent. præfect. prætor.* quæ tantum semel instituenda est. *l. 5. C. de Precib. Imper. offer.* in eadem causa sæpius appellare licet. *l. un. C. Ne lic. in un. caus. ter appell.* A legato proconsulis appellatur proconsul. *l. 2. P. Quis â quo appell.* â mandatario jurisdictionis is qui mandante est superior, â

judice

iudice dato ad magistratum. *l.1.§.1.* & *l.fin.* P. *eod.*

28. Si res dilationem non recipiat, non permittitur appellare, veluti ne heres scriptus in possessionem inducatur. *l.fin.* P. *de Appell. recip.* quod per *l fin.* C. *de Edict. D. Hadr. tollend.* mutatum non est. Et in genere appellatio locum non obtinet in causis momentaneæ possessionis. *l. un.* C. *Si de momentan. possession. appell.* & rejicimus distinctionem inter judicium possessorium summarissimum, summarium, momentaneum, & plenarium, inter effectum devolutivum & executivum; omnis possessionis causa celeriter expedienda est, pendente appellatione nihil innovandum est, *arg. l. 3.* C. *de Interdict. rubr.* P. *Nihil innov. pendent. appell.*

29. Appellatur â sententia definitiva, atque hoc provocationis remedio condemnationis extinguitur pronuntiatio. *l. 1. §. fin.* P. *Ad SC. Turpill.* Ab interlocutoria non appellatur, nisi habeat vim definitivæ & damnum contineat, ut loquuntur, irreparabile. *l. 39.* P. *de Minor. l. 2.* P. *de Appellat. recip.* An â pœna provocare licet? Neg. *l. 244.* P. *de V. S.*

30. Fatalia appellationis vulgò tria recensentur 1°. Fatale interponendæ appellationis, quomodo læsus latâ sententiâ vivâ voce statim dicere potest, *Appello*, vel hodie, bidui & tridui distinctione sublata, appellandũ est intra decendiũ â die latæ sententiæ computandum. *Nov. 23. c. 1.* siquidem sententia

ſententia prolata fuerit in præſentem litigatorem *arg. l. 1. §. ult. P. Quand. appelland. ſit.* Atque ita interpoſitâ appellatione libelli dimiſſorii, quos apoſtolos vocamus, intra dies triginta ex tempore latæ ſententiæ numerandos â judice inferiore inſtanter ſunt petendi. *l. 1. P. de Liter. dimiſſor. l. 24. C. h. t.* 2°. Fatale introducendæ appellationis, quod pro locorum intervallo diverſum eſt, *l. 2. & ult. C. de Tempor. appellat. Nov. 82. c. 6.* 3°. Tempus proſequendæ appellationis, quam proſequimur intra annum vel ex cauſa juſta intra biennium. *l. fin. §. 4. & Auth. ei qui. C. de Tempor. appellat.*

31. Abſoluto appellationis judicio, ſententia confirmata judicio appellationis ab inferiore judice, non â magiſtratu ad quem appellatum eſt executioni mandatur, ſi ille jurisdictionem habeat; Sententiam verò reſciſſam judex appellationis exequetur: Ita poſt Hoſtienſem diſtinguit Cujacius. Nos præferimus ſententiam illorum, qui ſine diſtinctione judicem appellationis executorem faciunt, *arg. l. 19. 29. §. 2. C. de Appellat. junct. l. 1. §. ult. P. Ad SC. Turpill.*

DE JVR. FISC.

32. Bona vacantia eorum, qui ſine legitimis heredibus deceſſerunt, fiſci rationibus vindicantur. *l. 1. & 4. C. de Bon. vacant. lib. 10.* Sed fiſcus legata & fideicommiſſa teſtamento vel codicillis

relicta

licta præstare tenetur. *l. 14. P. h. t. l. 96. §. 1. P. Legat. 1.* Similiter tacita fideicommissa relicta fraudem legis secretò incapacibus per interpositam personam ad fiscum pertinent. *l. 3. §. 4. P. t.* Difficilis est contentio, an, si ita in testamento sit scriptum, *Rogo vos heredes, ut in eo, quod petii vobis, fidem præstetis*, an intelligatur fideicommissum tacitum, in fraudem legis relictum, atque eo fisco adquirendum? Neg. *l. 3. in princ. P. de Jur fisc.* nec contradicit *l. 40. P. eod.*

33. Fiscalium pœnarum petitio creditoribus postponitur. *l. 17. P. h. t.* nec ideo delinquit is, qui in dubiis quæstionibus facilè contra fiscum responderit. *l. 10. P. eod.* Imó fiscus semper habet jus pignoris. *l. 46. §. 3. P. d. t.* & bona ejus, qui cum fisco contraxit, citra conventionem tacitè pignori obligantur. *l. 2. C. In quib. caus. pign. tac. contrah.* Nulla est pugna. An fiscus, si debitor obligaverit privato bona præsentia & futura, præferendus est in re postea acquisita? Affirmat ex sententia Papiniani Ulpianus in *l. 28. P. de Iur. fisc.* Movet difficultatem *l. 8. P. Qui pot. in pign.*

AD MVNICIPAL. & DE INCOL.

34. Domicilium originis confert nativitas, si pater in eodem nativitatis loco domicilium habuerit aut ortus sit. *l. 1. 6. §. 1. P. h. t. l. un. C. Vb. pet. tut.* neque jus originis domicilii translatione

mutatur

mutatur, alia ratio eſt incolatus. *d. l. 6. l. 4. C. d* *Municip. lib. 10.* Incola eſt, qui aliqua regione do micilium ſuum contulit, nec tantum qui in oppi do moratur, ſed etiam qui alicujus oppidi finibu ita agrum habet, ut in eum ſe quaſi in aliquam ſe dem recipiat. *l. 239. §. 2. P. de V. S.* Domiciliun adſcriptitium facit voluntas uniuſcujuſque, qui i aliquo loco larem, rerumque ac fortunarum ſua rum ſummam, & ſedem fixam conſtituit. *l. 203* *P. eod. l. 7. C. de Incol. lib. 10.* An qui ſtudiorur cauſa aliquo loco morantur, decem annis tranſ actis, domicilium ibi habere creduntur? Affirma Alexander in *l. 2. C. eod.* cujus tamen Reſcriptun ex ſolo tempore æſtimandum non eſſe elegante notavit Vultejus.

DE DECVRION.

35. In Municipiis fuerunt Decuriones, voca etiam curiæ ſenatores, & ſimpliciter curiales. *25. 34. 47. & fin. C. de Decurion. lib. 10.* qui publi ci conſilii cauſa conſcribebantur. *d. l. 239. §. 5. P* *de V. S.* & magiſtratibus opponebantur. *l. 1. in pr* *P. de Magiſtrat. conven. l. 6. in pr. P. de Muner.* quorum ordine eligi ſolebant in municipiis duum viri. *l. 7. §. 2. P. h. t. d. l. 6.* præter quos etia creabantur civitatum defenſores. *l. 2. & 9. C.* *Defenſor. civit.* & quà magiſtratus jurisdictione exercebant; licet jus reſtituendi in integrum i denegatu

denegatum fuerit. *l. 26. §. 1. P. Ad municip.* An decurionatus est honor? Quidnî? quamvis in ordinem decurionum spurii allegi possint. *l. 6. in pr. P. h. t.* ubi additur ratio, quia non est impedienda dignitas ejus qui nihil admisit. An ordo decurionum potuit quandoque constituere salaria? Affirm. *l. 4. §. fin. P. de Decret. ab ordin. fac.*

DE MVNER. & HONOR.

36. Opponuntur munera honoribus in *h. rubr.* quia munera administrari solebant sine dignitate, honores cum dìgnitate. *l. 14. in pr. & §. 1. P. h. t.* Quandoque conveniunt; nam ad Rempublicam administrandam vel ad munera quæ non sunt patrimonii, vel honores ante vicesimum quintum annum non admittuntur minores. *l. 8. P. eod.* Diversa ratio est muneris judicandi, ad quod recipiuntur, qui sunt annorum octodecim. *l. 57. P. de Re judicat.*

DE LEGATION.

37. Roma dicitur Patria communis. *l. 33. P. Ad Municip.* atque ideo quilibet, etiam exteri, ex quacunque causa agatur, Romæ, si ibi inveniantur, rectè conveniuntur, nisi jus revocandi domum habeant, quale privilegium fuit tributum, legatis. *l. 24. & 26. P. de Iudic.* Imò qui in legatione constituit, quod ante legationem debuit, non cogitur

cogitur ibi judicium pati, ubi constituit. *l. 5.* *eod.* add. *l. 3. P. h. t.*

DE ADMINISTRAT. RER. AD CIVIT. PERTIN.

38. Curatores Reipubl. tenentur de dolo & culpa levi. *l. 6. P. h. t.* Si plures sint curatore constituti, omnes sunt obligati in solidum. *l. 1. C. Quo quisque ordin.* Ad redemptorem publici operis non pertinet periculum, sed ad Rempublicam *arg. l. 9. §. 5. P. Locat*

DE NUNDIN.

39. Concessum est debitoribus tempore nundinarum speciale beneficium, ne ob debitum ant contractum conveniri eo tempore possint. *l. un. C. h. t.* quâ etiam prærogativa fruuntur qui in ipsi nundinis contraxerunt, *arg. d. l. ult.*

DE CENSIB.

40. Tributa præstantur vel pro rebus vel pro capite, nisi immunitas quosdam excuset. *l. 3. in pr. & §. 1. P. h. t.* Quæ uni socio tributa alterum non juvat, etiamsi sit omnium bonorum socius, *arg. l. 7. P. de Except.*

FINIS.



